8059

IV

1436 – 1448

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Quoniam omnium habere memoriam diuinitatis pocius est, quam humanitatis, predecessorum nostrorum prouida subtilitas instituit atque sanxit, ob ..... rumque successorum facultates commode possidendas et iurgiorum atque differenciarum materiam succidendam, vt ea, que geruntur in tempore, literarum munimine et testium robore debeant solidari. Proinde nos Vincencius [Dei gracia sancte] ecclesie Gneznensis archiepiscopus [et primas] significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris, quomodo licet alias satis longo temporis spacio inter nos et ecclesiam nostram ac reuerendum [in Christo patrem, dominum] Andream eadem gracia episcopum [necnon suam] ecclesiam Poznaniensem, partibus ex altera, de et super ecclesia parrochiali in Czoszram [1] et ipsius subieccione verteretur materia differencie et questionis, nobis ean[dem ecclesiam in] Czoszram in diocesi ........ ad iurisdiccionem nostram spectare allegantibus, prefato domino Andrea episcopo allegacionibus aliquibus contrarium asserente; verum cum in dies regiminis nostri prefatus dominus [Andreas episcopus] iura vsurpare [et ecclesiam] nostram, que inferiorum mater est et ex qua in ceteras honor et gloria transfunditur, queque tamquam metropolitana omnium curam et sollicitudinem tenet et omni aduersancium ... ............ rit non ......... ad nos acce-

dens omnem prefatorum iurgiorum et differenciarum deci-
sionem ac eciam de dicta ecclesia totalem disposicionem in arbitrium et voluntatem nostram detulit, offerens se ........................ parere ........

............ ate et beniuolencia dicti domini Andree episcopi inter nos diu fota, ac zelo, quem erga ecclesiam nostram gerit, compertoque, quod dicta ecclesia parrochia-
lis [in Czoszram ............... ecclesie ................... niensi situata et ad ean-
dem dependeat, in hac ergo ambiguitate cupientes viam benigniorem et iustiorem ambulare, ac dictum reuerendum patrem, dominum [Andream episcopum Poznaniensem et] ecclesiam ............. confouere, de ratihabicione ac certa sciencia venerabilium fratrum nostrorum, prela-
torum et canonicorum capituli nostri Gneznensis, de iure, si quod ex .............. ecclesie nostre [Gneznensi ad ecclesiam parrochialem in] Czoszram competebat, cessimus et cedimus ac eidem renunciamus cum effectu, ipsamque ecclesiam et ipsius rectores iurisdi-
cioni et legi diocesane ip[sius domini Andree episcopi] et sue ecclesie [Poznaniensi] annectimus, appropriamus et inuisceramus temporibus perpetue duraturis. In cuius rei testimonium nostrum et dicti nostri Gneznensis capituli si-
gilla su[nt presentibus appensa]. Actum et d[atum Gne-
zne in ca]pitulo generali, feria sexta proxima post fes-
tum sancti Adalberti. Presentibus venerabilibus et ho-
norabilibus dominis: Prediuogio de Gr[andi .....
Iacobo Koth de Dam ........ de Brzostkowo cantore, Iohanne de Nyewyesch archidiacono, Iohanne Pfurman custode, Iohanne cancellario, Iaroslao de Can-

colewo, Tankone . . . . . . . . Glambocecz, Thathia . . . .
. . . . . . . czkowsky, Lasskario de Lichin, Iohanne nepo-
te de Brzostkowo, Iohanne Lutkonis de Brzeze, Nicolao
Chebde de Nyewyesch, Iohanne Falonis, Mawnik, Tarando
et alijs prelatis [et canonicis] ecclesie nostre Gneznensis prefa-
te, ad sonum campane capitulariter congregatis.

Dokument pargaminowy z dikkoma wytlakemi w skutek wilgoci dziurami, przechowany w archiwum kapituły katedralnej poznańskiej, opatrzony był niegdy dwiema pieczęciami, na ~~paskach pargaminowych~~ sznurkach je-dwabnych zawieszonemi, po których tylko dziurki w zakładce pozostały. Na zakładce notatka: Transiuit per manus Io. Pauli cancellarij.

1436. 3

Inscr. 75 p. 182. Crac.
[20. III, Cracoviae.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Tunc cunctis prudenter
occurritur dubiis, dum gesta nostrorum
negociorum litterarum apicibus et te-
stium annotacione perhennantur. Pro-
inde nos Vladislaus, Dei gratia rex Polo-
nie nec non terrarum Cracovie, Sandomi-
rie, Syradie, Cujavie, Lancicie, Lithwanie-
que princeps supremus Pomeranie Russie-
que dominus et heres etc. significamus
tenore presentium, quibus expedit uni-
versis presentibus et futuris presencium
noticiam habituris, quomodo ad peticio-
nes magnifici Petri Odrowansz, palatini
Podolie et capitanei Samboriensis, mili-
tis nostri sincere dilecti villas ipsius
videlicet Sathanow, Strijowa, Strijowka,
Postolowcze, Iwanikowcze, Zinkowcze,
Hrimieczka, Hrimieczle, Zawicze, Borzij-
kowcze, Oczeszij et Miczakow et alias
quascunque villas, quibuscunque vocabu-
lis nominate fuerint infra limites di-
ctarum villarum erigendas et locandas
in terra Podolie et Camenecensi et Smoki-
tensi et aliis districtibus ubi existen-
tibus sitas, de iure Polonico, Rutheni-
co et quovis alio in ius Theutonicum,
quod Majdburgense perpetuo ducaturum
remanentes ibidem, omnia iura Poloni-
calia et Ruthenicalia modos et con-
suetudines universas, que ipsum ius The-
utonicum plerumque consueverunt et

sunt solita ~~perfice~~ perturbare eximi-
mus insuper absolvimus et perpetuo
liberamus omnes et singulos cmetones
et incolas predictarum villarum ab
omni iurisdictione et potestate ~~o~~
omnium regni nostri Pallatinorum,
castellanorum, capittaneorum, iudi-
cum subiudicum et quorumvis offi-
cialium et ministerialium eorundem
ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro
causis tam magnis, quam parvis puta
furti sanguinis, incendii, homicidii (mem-
brorum) mutilacionis et quibusvis aliis e-
normibus excessibus citati minime re-
spondebunt nec aliquas penas proinde
vel contumacie solvere tenebun-
tur. Sed tantum cmethones et incole di-
ctarum villarum coram scultetis, sculteti
vero coram nobis et successoribus nostris
aut iudicio nostro generali, dum ta-
men per nostram litteram sigillo nostro
sigillatam evocati fuerint et citati tunc
non ~~nostro~~ aliter quam suo iure Theutonico
predicto de se querulantibus tenebuntur
respondere. In causis autem crimina-
libus et capitalibus superius expressatis
scultetis predictarum villarum iudicandi,
definiendi, corrigendi, puniendi et ple-
ctendi damus plenam in metis earun-
dem villarum et omnimodam concedi-
mus potestatem, prout hoc ipsum

ius Theutonicum in omnibus suis punctis, sententiis, articulis, capitulis et clausulis postulat et requirit iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Actum Cracovie, feria tertia proxima ante (festum) sancte Catharine anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto presentibus in Christo reverendis in Christo patribus dominis Sbigneo Cracoviensi, Joanne Chelmensi episcopis ac magnificis Nicolao de Michalow castellano Cracoviensi Sandivogio de Ostrorog Poznaniensi, Joanne Sandomiriensi et Alberto Mat Lanciciensi pallatinis ceterisque fide dignis testibus ad premissa. Datum per manus magnifici Joannis de Coniecpole regni Polonie cancellarii nobis sincere dilecti.

1438. [S.I, Cracoviae.] 5

Nos Nicolaus de Michalow castellanus et capitaneus Cracouiensis, vna cum his dominis: Sandziuogio de Ostrorog Poznaniense, Iohanne de Czizow Cracouiense, Alberto de Malye Lanciciense palatinis, Dobrogostio de Samotuli Poznaniense, Thoma de Kol Wisliciense, Przedboris de Koniecz-polie Rosperiense, Paulo de Biskupicze Malogostense castellanis et Iohanne de Koniecz-polie cancellario regni Polonie, ex forma iuris sic decreuimus inter laboriosos cmethones de Bibicze ex vna et venerabilem ac religiosum Nauterum prepositum et conuentum sanctimonialium (de Zwierzinicze), ita, quod isti cmethones singulis annis de quolibet manso non plus, quam nouem scotos monete usualis currentis tenebuntur dare et exsoluere ex racione census annui prefato domino preposito et conuentui ipsius ad tempus secundum tenorem litere hereditarie dicti prepositi et conuentus ipsius. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum Cracouie feria quinta infra octauas Epiphanie Domini, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octauo.

Relat. castr. capit. Crac. N. 4 str. 988.

1438. 29/12. [Cracoviae]

1438 str. 575

16

In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Ex quo ea, quae pro commodo temporali cum tempore peritura, sollicitudinis studio fragilitas humana ordinat, ut illibata in antea permaneant, quanto amplius ea convenit posterorum memorie commendare, unde ani-matus in eternum victuris salubrior speratur fructus provenire. Proinde nos Joannes de Elgoth decreto-rum doctor, canonicus eccle maioris Crac² vicarius in spualibus, et officialis generalis Reverendissimi in Chro² patris et Dni, dni Sbignei dei gratia episco-pi Cracovien², significamus tenore presentium, qui-bus expedit nostris pntibus et futuris presentium no-titiam habituris. Quomodo constitutus personalr co-ram nobis, N. Joannes heres in Libertow armiger Cracovien' diecesis et patronus prebende seu capelle S. Laurentij in oppido Casimirie sitae, non com-pulsus, non coactus, nec aliquo dolo aut fraude deceptus, seu blanditijs circumventus, sed bona et ultroneâ ipsius voluntte, ac ex certa scientia ius patronatus et presentandi capelle et prebende S. Laurentij in Casimiria predictae, ad ipsum, ut asseruit, ex successione suorum progenitorum, pre-decessorum, ad quos alias, tam pretextu fundatio-nis et erectionis, tam etiam ratione dotationis, pertinuit et spectavit, aut ex quacunq causa et ratione lgtîme devolutum, omnibus melioribus modô, viâ, iure, stylo, causa, et formâ quibus me-lius et efficatius potuit et debuit, volens diem

/.

extremum transitûs sui de hac luce, pijs operibus
prevenire, salutiq predecessorum, ac suæ animarum
pretioso sanguine redemptarum consulere, utilitati
quoq religiosorum fratrum canonicorum regularium,
conventuiq et monasterio corporis Christi in Casimi-
ria possetenus providere; Venerabili et religiosis viris
D. D. Gregorio preposito, totiq conventui fratrum re-
gularium canonicorum monasterij Corporis christi in
Casimiria hmodi ius patronatûs et presentandi
taliter, ut premissum est, ad eum devolutum, et
in cujus possône pacifica prestitit et quieta vivæ
vocis oraculo, purâ, merâ, simplici et irrevocabili
donatione, dedit, donavit, assignavit, transtu-
lit, resignavit, de eodemq cum effectu cessit, per
ipsum d. Gregorium prepositum et suos succôres,
totumq conventum Manij predicti habendum, tenenq,
et possidenq perpetuo et in ævum, ipsumq D. Grego-
rium prêptum ibiq presentem, et donationem hmo-
di recipientem, et eius conventum, veros et legiti-
mos eiusq capelle seu prebende S. Laurentij in
Casimiria curatores, patronos de cetero instituit,
creavit, et solenniter quantum melius potuit or-
dinavit, et se suosq tylnos liberos et succôres
de hmodi iure patronatûs et presentandi et eius
possône exonerando. Dans et concedens eisq ple-
nam, liberam, et omnimodam facultatem et pote-
statem ad dictam capellam seu prebendam S. Lau-
rentij de persona idonea providendi, et ad eanq
presentandi. Super iure quoq patronatûs di-
sponendi, ordinandi, prout eis visum melius
et utilius fuerit expedire. Promittens et pollicens
idem D. Joannes Zibertowski se nullam aliam
donationem, cessionem et resignationem ac trans-
lationem seu quamcunq dispoônem de predicto
iure patronatûs et presentandi dictæ prebende

cuipiam persone ecclesie conventui seu universitati in speciali vel generali in futuro facturum. Quinimo hujusmodi donationem, cessionem, translationem, et resignationem, ac omnia et singula premissa perpetuo grata, rata, atq firma habere, tenere, et irrefragabiliter observare, nec ipsam donationem per se vel alium seu alios causâ ingratitudinis, aut aliâ quâcunq causâ et ingenio revocare. Renuntians insuper omni iuris canonici et civilis beneficio et auxilio, nec non omnibus et singulis exceptionibus, allegationibus et defensionibus, doli mali, vis metûs, fraudis, deceptionis, tam iuris, quam facti, quae contra premissa dici quomodolibet possent vel opponi. Ac etiam iuri dicenti generalem donationem seu cessionem non valere, nisi precesserit specialis. Et nihilominus mox et incontinenti volens, ut hmodi donaõ, seu translaõ, resignaõ et cessio dicti iuris patronatus in premissis punctis et clausulis suum debitum preconceptumq recipiant effectum, et robur perpetuae firmitatis, nobis humiliter et cum debita instantia supplicavit, quatenus dictam donationem sic, ut premissum est, per eum factam, admittere, recipere, et authte ordria, quâ fungimur, approbare, stabilire, ratificare, gratificare, et confirmare dignaremur. Nos itaq Joannes de Elgoth decretorum doctor canicus vicariusq in spualibus et officialis. Gnlis memoratus, petitioni hmodi tanquam iuri et rationi conformae annuentes, attendenq, quod iusta petentibus assensus non est denegandus, ad idq ex officio nobis iniuncto incitati, predictam iuris patronatus gratuitam donationem, translationem, cessionem et resignationem, ac omnia et singula premissa per praefatum Nblem Joannem coram Nobis facta rata et grata haben' ipsam in omnibus suis punctis, clausulis, sententijs, articulis et condi-

./.

/. ficavibus, aucthte ordinaria, qua fungimur, in nomine Dñi rece-
pimus, admisimus, approbavimus, ratificavimus, gratificavimus
et confirmavimus, ac recipimus, admittimus, approbamus, ratifi-
camus, gratificamus et confirmamus, ipsisq omnibus et singulis
aucthtem nostram ordinariam interposuimus ac interponimus
et decretum: Decernen' ipsam donationem robur obtinere perpe-
tue firmitatis. In quorum omnium et singulorum fidem et te-
stimonium, praemissorum, pñtes nostras litteras, sive praesens
publicum instrumentum hmodi donationem seu translatio-
nem in se continen' seu continens, exinde fieri, ac per no-
tarium publicum nostrumq et facti hmodi coram nobis scri-
bam infrascriptum scribi, subscribi, et publicari mandavi-
mus, Nriq appensione sigilli iussimus communiri – Actum
et datum Cracovie in domo habitationis nostrae anno a nati-
vitate Dñi MCCCCXXXVIII. Indictione prima. Pontificatus
Ssmi in Christo Patris et Dñi nostri Eugenij divina provi-
den Papae IV. anno VIII°. Die vero Lunae vigesima nona
mensis Decembris, hora vesperi, vel quasi. Praesentibus ibid
Vnbli et honorabilibus viris dd. M. Paulo de Zator decre-
torum doctore canonico – Matthia de Mileiar vicario perpe-
tuo ecctae Cracovien et Matthia Simonis de Byczini nostro pu-
blico clerico Cracov' diecesis, testibus ad praemissa vocatis spe-
cialiter et rogatis. Et ego Nicolaus Stanislai de Kietkowice
clericus Cracovien' diec. pubcus imperiali aucthte Nrius,
caiarumq et facti hmodi coram Venerabili viro Dño Jo-
anne de Elgoth decretorum doctore canico vicarioq
in spualibus et officiali Gnli Crac. praelibato scriba.
Omia praedictt iuris patronatus donationi, translationi
resignationi, cessioni, admissioni et ratificationi, aliisq
omnibus et singulis praemissis, dum sic agerentur et
fierent, una cum praenarratis testibus praesens fui – eaq
omnia sic fieri vidi et audivi. Ideo pntes literas, sive
praesens publicum instrumentum hujusmodi ratificatio-
nem donationis in se continentes seu continens, per a-
lium fideliter scribi procuravi, meq huic manu mea sub-
scribens exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi,
signo et nomine meis solitis et consuetis, una cum appensione
sigilli praefati Dñi Joannis vicarij et de ipsius mandato
speciali consignanq communivi rogatus et requisitus in
fidem praemissorum. Locus sigilli.

—.—

1439 [15.I, Cracoviae] 18

Monasterio Sanctissimi Corporis Christi
facta per commissarium apostolicum.

Universis et singulis, quorum interest, vel intererit, quos, quae infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, seu quacunque praefulgeant dignitate. Ioannes de Sennsko, praepositus collegiatae S. Michaelis in castro Cracoviensi, et canonicus majoris Cracoviensis ecclesiarum, executor unicus ad infrascripta, a sede apostolica specialiter deputatus, salutem in domino sempiternam, et praesentibus fidem indubiam adhibere, literas commissionis serenissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia papae IV. in pergameno scriptas, eius vera bullâ plumbeâ in cordula canapina more romanae curiae dependenti bullatas et communitas, sanas, salvas et integras, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, nobis per venerabilem et religiosum virum dominum Gregorium praepositum monasterij et conventus ecclesiae Corporis Christi in Casimiria extra muros Cracovienses, fratrum et canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, de et super incorporatione, annexione et unione capellae seu praebendolae tituli s. Laurentii martyris gloriosi ibidem in Casimiria sitae, praedicto monasterio et conventui per nos facienda, disponenda et ordinanda, coram notario publico et testibus infrascriptis exhibitas et praesentatas. Nos cum ea, quâ decuit, reverentia recepisse noveritis

/.

⁒ huiusmodi sub tenore. Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio præposito ecclesiæ S. Michaelis in Castro Cracoviensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicæ nobis iniunctæ desuper servitutis officium, iugiter mentem nostram excitat et inducit, ut circa ea, quæ pro statu prospero monasteriorum et piorum locorum ac personarum in illis sub religionis observantia vacantium, assidue studio piæ vitæ opportuna fore conspicimus, et per quæ eorum necessitatibus consulitur, operosis studijs intendamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte Charissimæ in Christo filiæ nostræ Sophiæ, reginæ Poloniæ, illustris ac dilectorum filiorum præpositi et conventus monasterii Corporis Christi Cracoviensis per præpositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini, petitio continebat, facultates et redditus eiusdem monasterij, ad quod ipsa regina singularem devotionis affectum gerit, adeo tenues et exiles sint, quod ex ipsis præpositus et conventus prædicti decenter sustentari, nec non eis ac ipsi monasterio incumbea onera pro tempore commode supportari non possunt. Et sicut eadem petitio subiungebat, si capella sine cura S. Laurentii Cracoviensis, ipsi monasterio contigua ei perpetuo incorporaretur, præposito et conventui prædictis subventionis alicualis auxilium proveniret, ipsique decentius onera huiusmodi perferre valerent, ac eidem capellæ per unum ex canonicis ipsius monasterij laudabiliter deserviretur in divinis, pro parte reginæ nec non præpositi et conventus eorundem asserentium quod monasterij secularem, et capellæ prædictorum octo marcarum argenti, fructus, redditus, et proventus, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

/.

mur. Nos itaque qui de præmissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quotiens super præmissis omnibus et singulis, auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem huiusmodi ita esse inveneris, super quo tuam conscientiam oneramus eandem capellam cum omnibus suis iuribus et pertinentijs dicto monasterio auctoritate apostolica in perpetuum incorpores, unias, et annectas. Ita quod cedente vel decedente rectore dictæ capellæ, qui nunc est, vel illam alias quomodolibet dimittente, liceat ipsis præposito et conventui, per se vel alium seu alios, corporalem capellæ, iuriumque et pertinentiarum prædictorum possessionem, auctoritate propria libere apprehendere nec non huiusmodi illius fructus, redditus, et proventus in suos ac ipsorum monasterij et capellæ usus convertere perpetuo pariter et retinere, dictamque capellam per unum ex ipsis canonicis regi et gubernari facere, diœcesani loci et cuiusvis alterius super hoc licentia minime requisita. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac monasterii et ordinis prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus, speciales vel generales apostolicæ sedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quas quidem literas, ac processus habitos per easdem, et quæcunque inde secuta, ad dictam capellam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, et quibuslibet privilegijs, indulgentijs, ac literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ

/. praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod si et postquam incorporatio, unio, et annexio huiusmodi sortitae fuerint effectum, durantibus illis, dicti praepositus et conventus omnia et singula, ratione ipsius capellae, pro tempore incumbentia onera supportare debeant ac teneantur. Et insuper exnunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

[1433, 7.III, Romae] Datum Romae apud S. Grisogonum, anno Incarnationis dominicae MCCCCXXXIII, septimo Idus Martij, pontificatus nostri anno tertio. Post quarum quidem literarum apostolicarum exhibitionem, praesentationem, et receptionem, nobis sic, ut praemittitur, et per nos factas, fuimus per praefatum dominum Gregorium praepositum, suo et totius sui conventus monasterij Corporis Christi praedicti nominibus debita cum ~~ins~~ instantia requisiti, ut ad executionem earundem literarum apostolicarum, et contentorum in eis procederemus, et procedere curaremus, iuxta traditam et directam a dicta sede apostolica nobis formam. Nos igitur Ioannes praepositus sancti Michaëlis et canonicus Cracoviensis nec non commissarius et executor memoratus, mandatis apostolicis summis desiderijs ut tenemur obedire, et ad executionem praedictarum literarum apostolicarum rite et rationabiliter procedere cupientes, certis citationum literis, contra nonnullas testium personas, ad informandum nostrum super commissis animum, omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, ad dicendum et opponendum contra praedictas apostolicas literas, si quid dicere vel opponere vellent, nec non ad videndum et audiendum

./. ad earundem apostolicarum literarum et contentorum
in eis per nos executionem debitam procedi, aut alias,
cur et quare id fieri non debeat, causas rationabiles di-
cendum, nostro ex officio peremptorie praemissis, ac de-
mum debitae executioni mandatis, coram nobis repro-
ductis, nullo ex adverso comparente, ipsos citatos con-
tumaces, prout merito erant, reputantes, et in eorum
contumaciam ad receptionem et examen dictorum te-
stium, coram nobis tunc in termino huiusmodi citatio-
nis in eorum proprijs personis comparentium, in for-
ma iuris processimus. Tandem testium praedictorum
probationibus de omnibus in ipsis literis apostolicis
contentis, nec non patronorum dictae capellae seu prae-
bendae S. Laurentij videlicet venerabilis praedictae Ma-
joris ecclesiae Cracoviensis capituli, et nobilis domini
Joannis haeredis de Liberlow, de et super donatione
et resignatione ac renuntiatione iuris patronatus et
praesentandi eiusdem capellae S. Laurentij, monasterio
et conventui ecclesiae Corporis christi praedicto per ipsos
factis, literis patentibus coram nobis facto et realiter
exhibitis, pro parte dicti monasterij et conventus, et
productis aliisve probationum legitimis documentis rece-
ptis, ipsisque visis et diligenter examinatis: Consideratis
insuper omnibus et singulis circumstantiis alijs, quae me-
rito erant considerandae; et ita omnibus punctis, clau-
sulis, conditionibus et articulis, in dictis literis aposto-
licis expressis, nostroque examini et scrutinio commi-
ssis, veris per omnia et rationabilibus repertis et inven-
tis. Attentā specialiter fructuum, reddituum, et pro-
ventuum ejusdem monasterij et conventus nimia tenui-
tate et exiguitate, fratrumque in eo sub regula degen-
tium copiosā numerositate, quodque capella praedi-
cta monasterio et conventui praedicto sit contigua, mul-
ti curae subiacens animarum; et quod insuper ex ipsius
incorporatione, annexione, et unione monasterio et
conventui praedictis aliqualis subventionis auxilium
poterit provenire, aliquō canonico, propter quid

./.

incorporatio, annexio, et unio dictae capellae suum sortiri non deberent effectum, impedimento non obstante, capellam seu praebendam praedictam tituli S. Laurentij monasterio et conventui ecclesiae Corporis Christi in Casimiria fratrum et canonicorum regularium ordinis s. Augustini, in nomine domini cum omnibus suis fructibus, redditibus, proventibus, et pertinentijs universis, perpetuo et in aevum applicavimus, concessimus, incorporavimus, annexuimus, et univimus, applicamusque, concedimus, incorporamus, annectimus et unimus. Ita tamen, quod rectore seu praebendario dictae S. Laurentij capellae, qui nunc est, cedente vel decedente, seu ipsam capellam et ipsius rectoriam quomodolibet dimittente, liceat ipsis praeposito et conventui monasterii Corporis christi praedicti per se vel alium, seu alios corporalem capellae, juriumque et pertinentiarum praedictorum possessionem, autoritate propria libere apprehendere, nec non hujusmodi fructus, redditus, et proventus in suos ac ipsorum monasterij et capellae usus convertere, pariter et retinere, dictamque capellam per unum ex ipsis canonicis regi et gubernari, dioecesiani loci et cujusvis alterius super hoc licentia minime requisita. Quae omnia et singula praemissa, et hunc nostrum processum, una cum dictis apostolicis literis vobis omnibus et singulis et vestrum cuilibet intimamus, insinuamus, et notificamus, ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per praesentes. Quocirca vobis venerabilibus, circumspectis, honorabilibus et discretis viris, dominis decano, praeposito, archidiacono, cantori, scholastico, custodi, nec non canonicis et capitulo ecclesiae Cracoviensis praelibatae, ac aliis quibuslibet beneficia ecclesiastica quaecunque obtinentibus, per et infra civitatem et dioecesim Cracoviensem, et alias ubilibet constitutis, praedicta autoritate apostolica in virtu-

./.

./. de sancta obedientiæ, et sub excommunicationis pæna
districte præcipientes mandamus, vosque et vestrum quem-
libet, præsentium tenore requirimus, quatenus infra sex
dierum spatium post requisitionem vobis factam imme-
diate sequentium; quorum dierum duos pro primo, duos
pro secundo, et reliquos duos dies pro tertio et peremplo-
rio termino, trinaque monitione canonica præfigimus
et assignamus, omnes et singulos, cujuscunque status,
conditionis, aut præminentiæ existant, aut quacunque
præfulgeant dignitate, quorum interest, seu intererit,
vel qui sua communiter vel divisim putaverint inter-
esse, quomodolibet in futurum. Si qui forte ausu teme-
rario per se vel alium seu alios, publice vel occulte,
directe vel indirecte, scienter vel ignoranter, quominus
ipsi præpositus et conventus monasterij Corporis christi
prædicti in Casimiria possessionem pacificam et realem
ipsius capellæ seu præbendæ S. Laurentij, postquam sic
ut præmittitur, vacaverit, cum omnibus juribus et perti-
nentijs suis, integre et pacifice valeant consequi et quiete
possidere, impedimentum quodcunque contra hujusmodi
incorporationem, annexionem, et unionem de ipsa capella
seu præbenda per nos sic factas, prædictis præposito et
conventui præstiterint, aut præstare quomodocunque cu-
raverint, seu alter eorum præstiterit, aut præstare cura-
verit, ipsosque præpositum et conventum vexaverint,
aut alter eorum vexaverit, aut eam detinuerint, seu
alter eorum detinuerit; ab hujusmodi impedimento
vexatione, et detentione quibuslibet amoveatis, et amo-
vere quantum in vobis est studeatis. Facientes ipsis
præposito et conventui, monasterij Corporis christi præ-
dicti, aut eorum procuratori ipsorum nomine, et nulli
alteri, de ipsius capellæ seu præbendæ fructibus, reddi-
tibus, proventibus, juribus et obventionibus universis
plene et integre, per eos, ad quos pertinet, responde-
re, ac ipsos præpositum, et ipsius conventum, aut
eorum procuratorem, de alijs omnibus et singulis,

./.

./. plena et pacifica possessione gaudere, quos et eorum quemlibet nos etiam praesentium amovemus et amotos exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc denuntiamus. Inhibentes nihilominus Reverendissimo in Christo patri domino episcopo Cracoviensi, et suis successoribus, qui pro tempore fuerint, ac eorum vicarijs, nec non vobis supradictis dominis, decano, praeposito, archidiacono, caeterisque praelatis et canonicis, ac capitulo memoratae Cracoviensis ecclesiae, omnibusve alijs et singulis, quibuscumque nominibus censeantur, seu quacumque praefulgeant dignitate, ne quidquam in praejudicium praedictorum praepositi et Conventus monasterij Corporis Christi, quomodolibet disponere, ordinare, vel attentare praesumatis, amplius de capella seu praebenda s. Laurentii praedicta, seu alter vestrum praesumat, huiusmodi incorporationem, annexionem, et unionem nostras imo verius apostolicas infirmando seu infringendo. Decernentes prout per dictum papam decretum est, irritum et inane, quidquid super praemissis, a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter fuerit attentatum. Alioquin tam in vos, quam in omnes et singulos impedientes et rebelles, aut in praejudicium dictorum praepositi et conventus aliquid disponentes, facientes, seu consilium dantes vel favorem, nisi infra sex dies praedictos, mandatis nostris, imo verius apostolicis obedwerint seu obediat, seu ab impedimentis, vexationibus, molestationibus et perturbationibus praedictorum praepositi et conventus cessaverint, seu cessaverit, et cum effectu desisterint, seu desisterit. Quorum dierum duos primo, duos pro secundo, et reliquos ac ultimos duos dies pro tertio et peremptorio termino ac monitione canonica praefigimus et assignamus, singulariter in singulos excommunicationis, in capitulum vero praedictum suspensionis

./.

% ac in ipsam Cracoviensem ecclesiam interdicti sententias in his scriptis ferimus, ac etiam promulgamus. Vobis vero domino episcopo Cracoviensi et successoribus vestris ob reverentiam pontificalis dignitatis deferimus in hac parte, nec nostris sententijs praedictis sic vos ligari volumus; sed si per vos aut submissam personam, publice vel occulte, directe vel indirecte contra praemissa, seu aliquod eorum feceritis, praedicta monitione canonica praemissā, vobis ecclesiae ingressum interdicimus. Et si interdictum huiusmodi per alios sex dies immediate sequentes sustinueritis, in his scriptis suspendimus vos a divinis. Verum si praefatas suspensionis et interdicti sententias per alios sex dies, praedictos duodecim dies immediate sequentes, animô, quod absit sustinueritis indurato, vos exnunc, prout extunc, et extunc prout ex nunc, praedictā monitione canonica praemissā, auctoritate apostolica in his scriptis excommunicationis sententia innodamus. Caeterum cum ad executionem huiusmodi mandati apostolici ulterius faciendam, alijs occupati personaliter non poterimus interesse, vel de hac luce nutu divino nos migrare contingat, universis et singulis, venerabilibus, honorabilibus, circumspectis et discretis viris, dominis abbatibus, praepositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, tam cathedralium, quam collegiatarum, nec non rectoribus parochialium ecclesiarum, et eorum locatenentibus, presbiterisque curatis et non curatis, vicarijs perpetuis, tabellionibus, et notarijs publicis per civitatem et diocesim Cracoviensem, ac alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione huiusmodi mandati apostolici, tenore praesentium committimus vices nostras. Ita tamen, quod per unum eorum inceptum negotium per alium seu alios prosequi valeat, mediari et finiri. Quibus et eorum cuilibet sub excommunicationis poena, quam in eos, et ipsorum quemlibet trina trium dierum monitione canonica praemissā, postquam vigore

./.

·/. praesentium fuerint requisiti, aut alter ipsorum fuerit re-
quisitus, si mandatis nostris, imo verius apostolicis
contempserint obedire, quorum dierum unum pro primo,
secundum pro secundo, et tertium ac ultimum pro tertio
et peremptorio termino praefigimus et assignamus, firmiter
in his scriptis, districteque praecipientes mandamus, ita
quod unus per alium se non excuset, qualenus dum quan-
do et quoties opus fuerit, mandatum nostrum imo verius
apostolicum, praefato domino episcopo Cracoviensi, et
eius successoribus, ac universaliter singulis, et singula-
riter universis intiment, legant, insinuent, et mandent,
ut mandatis huiusmodi apostolicis et nostris pareant,
et obediant cum effectu. Et quos invenerint huiusmodi
mandati apostolici transgressores seu contemptores,
quos dicta monitione canonicâ praemissâ, excommuni-
cationis, suspensionis, et interdicti sententijs volumus
innodari: excommunicatos, suspensos, et interdictos
iuxta formam praemissorum denuntient, et denuntiare
faciant publice coram plebe singulis diebus dominicis
et festivis. Quodsi forte nos super praemissis in aliquo,
de pro nobis et successoribus nostris potestatem omni-
modam reservamus, procedere contingat, non intendi-
mus propterea commissionem nostram huiusmodi in
aliquo revocare, nisi de revocatione ipsa specialem et
expressam in nostris literis fecerimus mentionem.
Praefatas quoque literas apostolicas, et hunc nostrum
processum volumus penes eosdem praepositum et con-
ventum monasterij Corporis Christi remanere, et non
per vos vel aliquem vestrum contra ipsorum praepositi
et conventus voluntatem quomodolibet detineri. Contra-
rium vero facientes praefatis nostris sententijs, eo modo
quo latae sunt, ipso facto volumus subiacere. Mandamus
tamen vobis copiam fieri de praemissis, si eam petierit-
tis et habere volueritis, petentium sumptibus et expen-
sis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui prae-
fatas nostras sententias, aut earum aliquam quoquo-
modo

·/·

./ incurrerint aut incurrerit, nobis aut superiori nostro tantum modo reservamus. Hoc tamen minime prætermisso, quod si qui forte eas incurrerint seu incurrerit, et postea cum prædictis præposito et conventu super offensa amicabiliter composuerint seu composuerit, nobis aut successori nostro absolvendi eosdem reservamus potestatem aut facultatem. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, præsentes nostras literas sive præsens publicum instrumentum, hujusmodi incorporationem, annexionem, et unionem in se continentes seu continens, exinde fieri, et per notarios nostros publicos coram nobis huiusmodi facti et negotij scribas infrascriptos scribi, subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Cracoviæ, sub anno nativitatis Domini MCCCCXXXIX. Indictione secunda - pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et domini nostri domini Eugenij divina providentia papæ IV. Anno VIII. die vero Jovis decima quinta mensis Januarij, hora tertiarum vel quasi, in domo nostræ habitationis nobis inibi pro tribunali sedentibus. Præsentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Petro Martini de Siemno, Stanislao Petri de Iska almæ universitatis Cracoviensis AA. LL. magistris, Valentino de Casimiria presbytero, Jacobo Petri de Pruszynow, et Wilczkone Christini de Klonow laico, Cracoviensis, Posnaniensis et Vladislaviensis diœcesum testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Nicolaus Petri de Wislica clericus Cracoviensis diœcesis publicus imperiali authoritate notarius, nec non venerabilis viri Joannis Rej de Szumsko præpositi sancti Michaelis et canonici Cracoviensium ecclesiarum, literarum apostolicarum prædictarum executoris prælibati, causarum et causæ seu negotij hu-

./.

iusmodi coram eo scriba. Quia praedictarum literarum apostolicarum praedictae praesentationi et receptioni, praedictae quoque capellae s. Laurentij incorporationis, annexionis et unionis factioni, dispositioni, et ordinatio-ni, ac praesentium literarum ac processuum decreto, aliisque omnibus et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, agerentur et fierent, una cum circumspe-cto domino Matthia de Milejow clerico Gnesnensis dioecesis publico, imperiali authoritate notario infra-scripto, et testibus praescriptis praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo prae-sentes literas, seu praesens publicum instrumentum huiusmodi incorporationem, annexionem, et unionem in se continentes sive continens exinde efficiens, me alijs occupato, per alium fideliter scribi procuravi, manuque propria me huic subscripsi, et in hanc pu-blicam instrumenti formam redegi, signoque et no-mine meis solitis et consuetis una cum praefati do-mini Ioannis executoris ex decreto et mandato ipsius speciali sigilli appensione consignando com-munivi rogatus et requisitus in fidem et testimo-nium omnium et singulorum praemissorum.

Et ego Matthias Stanislai de Milejow clericus Gne-snensis dioecesis publicus imperiali authoritate no-tarius, et facti seu negotii huiusmodi coram prae-fato domino Ioanne, una cum circumspecto Nicolao notario publico praescripto conscriba, quia praedictis omnibus et singulis praemissis, dum sic ut praemittitur agerentur et fierent, una cum praenominatis notario et testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo praesentibus literis per alium fideliter scriptis me manu propria subscri-

-tens in hanc publicam instrumenti formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignando communivi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum. Locus sigilli subappensi.

1439 [26.I, Cracoviae.]

Reverendus dominus Gregorius praepositus totusque conventus Sanctissimi Corporis Christi designat locum habitationis reverendo Nicolao praebendario capellae S. Laurentij, eidemque providet de victu et amictu, idque in favorem resignationis dictae capellae.

Nos Gregorius praepositus, Gaspar prior, totusque conventus fratrum canonicorum regularium Corporis Christi in Casimiria, ordinis beati Augustini, honorabili domino Nicolao praebendario S. Laurentii ibidem in Casimiria, salutem in Domino. Vestrae devotionis affectus, magnaque et sincera charitas, quam ad nos nostrumque semper gessistis, et nunc geritis, monasterium, nos inducunt, ut vos omni charitate, omnique amore et affectione prosequamur. Cum itaque zelo huiusmodi devotionis accensus, nuper praebendam vestram S. Laurentii nuncupatam, quam Sanctissimus dominus noster Eugenius papa IV. nobis et monasterio nostro incorporavit, sponte et libere in favorem dicti monasterii resignastis, eamque integre cum omnibus iuribus et proventibus suis dimisistis. Nos volentes tantam vestram benevolentiam, tantumque amorem et affectionem non ingratam habere, sed potius statui vestro honesto consulere, ne propter defectum et inopiam cogeremini aliquod incommodum reportare, vobis ex nostra liberalitate in dicto monasterio nostro assignamus habitaculum, caminatam videlicet cum stuba, et ligna necessaria pro eisdem: necnon expensas cum

familiari vestro necessarias et opportunas, ad tempo-
ra vitae vestrae, per nos et successores nostros procuran-
das. Vel casu, quo forte non placeret vobis in monasterio
nostro nobiscum commorari, volumus, ut pro provi-
sione dictarum expensarum habeatis a nobis singulis
quatuor temporibus, quatuor marcas, per nos et succe-
ssores nostros ad dicta tempora vitae vestrae persolven-
das. Et quia in eam aetatem devenistis, in qua vobis
potius sit quiescere, quam intendere laboribus, volu-
mus, ut ab omnibus curis et officijs sitis exemptus,
sed solum secundum arbitrium et devotionem vestram
divinis vacare officijs. Placebit etiam vobis, ut mecum,
videlicet cum praeposito, continuo sitis in tabula, vel
aliquando in caminata vestra, vel interdum cum fra-
tribus iuxta arbitrium vestrum, in quo vobis damus
eligendi optionem. Mandamus praeterea celerario
nostro, qui pro tempore fuerit, itaque etiam volumus,
ut de cerevisia ad collationem fratrum dari consueta,
ad requisitionem vestram vobis ministrari faciat,
quantum vobis placitum videbitur. Caeterum ut non solum
in victu, sed etiam amictu, iuxta possibilitatem no-
stram vobis provideamus, volumus, ut pro dicto amictu,
videlicet calceamentis, et aliis rebus vobis necessarijs,
omnes pecunias ex offertorio dictae capellae festi videlicet
Sancti Laurenty et vigiliae ipsius pro vobis colligatis, et
per ministrum dictae capellae, quem ad hoc deputabimus,
colligi faciatis, et vobis tandem sive in loco monasterii
moram trahetis, vel extra singulis annis ad tempora vi-
tae vestrae praesentari. Volumus etiam ut casu infirmi-
tatis vestrae, unus et fratribus nostris vobis deputetur

/:-

ad perficiendas horas vestras canonicas, et alia divina officia peragenda, qui vel unus alius frater in eadem infirmitate vobis necessaria victualium ministrabit opportuna. Similiter et unum famulum bene vigorosum vobis ad obsequendum, et sibi plenam expensam volumus dare et ministrari. Et volumus, ut nullus ex fratribus nostris vobis opprobrium seu displicentiam attentet aliqualem faciendam. Quæ omnia et singula supranominata bonâ fide volumus observare et nostros successores ad observandum obligamus, non causa dictæ resignationis præbendæ prædictæ, sed pure propter devotionem vestram quam ad nos et nostrum geritis monasterium studiosam. Quinimo etiam, ubi, quod absit, aliquo sinistro eventu dicta præbenda a nobis esset evicta, promittimus nihilominus hæc omnia firma et illibata permanere, et vos personamque vestram omni charitate omnique affectione diligere et amare. In cuius rei testimonium præsentes literas nostras nostro videlicet præpositi et conventus prædicti sigillis iussimus roborari. Datum Cracoviæ feria secunda proxima conversionis S. Pauli apostoli anno Domini MCCCCXXXIX præsentibus his venerabilibus et honorabilibus viris, Dominis Nicolao Lassocki decano, Stanislao præposito, Derslao archidiacono, Ioanne de Elgoth officiali, Iacobo de Zaborow, Paulo de Zator, decretorum doctoribus canonicis Cracoviensibus, testibus ad præmissa. Locus sigillorum.

1439 [27. I, Cracoviae.]

R. Nicolaus praebendarius ecclesiae seu capellae S. Laurentii resignat coram officio Consistorii Cracoviensis suum beneficium penes eandem capellam, cum omnibus iuribus et pertinentijs - quam resignationem admittit et approbat reverendissimus dominus Ioannes de Elgoth officialis Generalis Cracoviensis.

Ioannes de Elgoth decretorum doctor canonicus majoris ecclesiae Cracoviensis vicariusque in spiritualibus, et officialis generalis reverendissimi in Christo patris et domini domini Sbignei Dei gratia episcopi Cracoviensis. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quomodo in nostra constitutus praesentia honorabilis dominus Nicolaus praebendarius praebendae sive capellae S. Laurentij in oppido Casimiriae, non compulsus, non coactus, nec aliquo dolo seu fraude circumventus, sed spontanea ultroneaque voluntate, gratis, sponte et libere ex certa scientia, eandemque praebendam sive capellam S. Laurentii in Casimiria, cum omnibus iuribus iuribus, et pertinentiis suis universis in manibus nostris resignavit et quidquid iuris in ea habebat, et quod sibi ad eandem quomodolibet competebat a se penitus abdicavit, et administrationem cessit. Huiusmodique resignationem, abdicationem et cessionem per nos admitti et recipi petiit et instanter supplicavit. Nos vero huiusmodi petitioni, ut et tanquam iuri et rationi consonae annuentes, dictam resignationem, abdicationem et cessionem sic ut praemittitur, in nostris.

./.

manibus rite factam admisimus, recepimus ac admitti-
mus et recepimus, dictam praebendam vacare, decernentes
per praesentes. Quam resignationem omnibus et singulis
quorum interest, vel interesse poterit, intimamus, publi-
camus, notificamus, praesentisque scripti patrocinio in
pleniorem evidentiam insinuamus. In quorum omnium
fidem et testimonium praemissorum praesentes nostras
literas per notarium publicum, causarumque et facti
huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi,
subscribi et publicari mandavimus, nostrique appen-
sione sigilli iussimus et fecimus communiri. Actum
et datum Cracoviae in domo nostrae habitationis a
nativitate domini MCCCCXXXIX indictione secundâ.
pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini
nostri domini Eugenij divina providentia Papae
IV. anno ipsius IX. die vero Martis XXVIIa mensis Janu-
arij. horis vespernis vel quasi. Praesentibus ibidem
Venerabili ac honorabilibus viris dominis Gregorio
praeposito monasterij Corporis Christi in Casimiria,
Matthia de Mileiow vicario perpetuo ecclesiae Craco-
viensis, et Mattha de Gradnen clericis Cracoviensis
dioecesis et Plocensis testibus ad praemissa. Et ego
Nicolaus Stanislai de Kielkowice clericus Cracoviensis
dioecesis publicus imperiali autoritate notarius,
causarumque et facti huiusmodi coram praefato ve-
nerabili viro domino Joanne de Elgoth decretorum
doctore, canonico vicarioque in spiritualibus, et offi-
ciali generali Cracoviensi scriba. Quia praedictae re-
signationi, abdicationi, cessioni et admissioni, una

cum dictis testibus praesens fui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo praesens publicum instrumentum manu mea scripsi, et subscribens in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis, una cum appensione sigilli praefati domini Ioannis offi- cialis et vicarij, de eiusque mandato speciali consi- gnando communivi rogatus et requisitus in fidem praemissorum.

1439 [9.V, Cracoviae.]



Franciscus Ivutha obligat, alias daie na zastaw, Rzeszotarij Matthiae Puklerz.

Nos Joannes de Olesnica mareschalcus regni Poloniae, capitaneus et procurator Cracoviensis terrae generalis. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris. Quomodo veniens nobilis Franciscus Ivutha haeres de Stawczyce personaliter institutus publice recognovit se obligasse suas duas villas, videlicet utramque Rzeszotarij, scilicet superiorem et inferiorem famoso Matthiae alias Puklerz civi de Cracovia et ipsius consorti legitimae Catharinae in dimidio secundo cento florenorum hungaricalium coloris rubri et ponderis insti, et in septuaginta marcis communis pecuniae monetae Cracoviensis melioris, pro tunc in regno currentis a data praesentium ad spatium trium annorum, cum omni iure et dominio, utilitatibus, fructibus, censibus, agris, aquis, piscinis, et cum curia earundem villarum, et cum omnibus et singulis pertinentiis, quibuscunque vocentur nominibus, nihil pro se ibidem iuris aut utilitatis penitus reservando, sicut solus habuit, tenuit et possedit, habendum, tenendum, possidendum, utifruendum pacifice et quiete, ita quod ipsum Matthiam praedictus Franciscus de bonis supradictis nec movere, nec eximere per spatium trium annorum debebit. Si vero elapsis seu transactis tribus annis praenominatis saepedictus Franciscus Matthiam dictum de bonis

./. hæreditariis villarum dictarum non exemerit, vel exemere noluerit, aut non poterit. Extunc prænominatus Matthias prædicta bona hæreditaria tenens modo et contractu eodem supradicto ab uno festo nativitatis Christi ad aliud festum eiusdem, usque ad plenam exsolutionem et satisfactionem summæ praetactæ. Promisitque idem dominus Franciscus prædictum Matthiam et ipsius consortem Catharinam intercedere, et tutelariter ab impedimento et damnis cuiuslibet personæ, et ab omnibus expeditionibus generalibus, si quæ, quod absit, infra hinc ortæ fuerint, defendere. Tempore autem exemptionis prædictarum villarum, pecudes et pecora universa, quæ ipse Matthias ibidem habuit, secum sine omni impedimento, quo traxerit, recipere potens erit. Insuper supradictus Matthias inscriptiones priores in libro iudiciorum terrestrium, et in libro iudiciorum nostrorum pro omnibus causis et gestis, quas habuit cum prædicto Francisco exceptas pro piscinis et molendino omnes mortificat, suffocat, et in nihilum redigit perpetuo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Actum et datum Cracoviæ sabbatho in Crastino S. Stanislai in Maio. Anno domini MCCCCXXXIX.

1439. [5. XII, Cracoviae.]

Nos Franciscus Tuntha de Taffczicz, debitor ad infrascripta principalis et Abraham Niger de Gotczicz suppanus Vzussiensis, pro ipso Francisco fideiussor et vnacum ipso eque debitor principalis, recognoscimus per presentes, quibus expedit, vniuersis, quod tenemur veri debiti et realis prouido viro, domino Georgio Swarcz, ciui Cracouiensi et heredibus eius nonaginta tres florenos ~~Polonicales~~ Vngaricales in auro iusti ponderis et valoris, et promittimus insimul diuisim manu coniuncta et vterque nostrum pro toto, memoratos nonaginta tres florenos eidem Georgio Swarcz aut heredibus eius realiter et ex toto persoluere ad festum sancti Stanislai de Mayo, proxime nunc futurum, sine dolo et sub fide, pariter et honore et absque omni dilacione. In casu vero, quod absit, si ei memoratam florenorum summam in termino iam dicto ad plenum soluere negligeremus, extunc omne dampnum, quodcumque ipse ex huiusmodi nostra non solucione perceperit, siue inter Christianos, siue inter Iudeos, vel dixerit se verisimiliter percepisse siue fecisse, illud ei persoluere promittimus pariter cum ipsa pecunia capitali, stabimusque in eiusmodi dampni estimacione ipsius simplici assercioni; promittimusque nos contra hoc non tueri quouis iure, iudicio uel literis sub fide et honore. In cuius rei euidenciam et firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cracouie sabato crastino sancte Barbare, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Dokument pargaminowy, przechowany w zbiorach Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie, opatrzony był dwiema pieczęciami, po których tylko paski pargaminowe ze śladem czerwonego wosku pozostały.

1384.

Scriptum

In nomine Domini amen. Quoniam in humanis rebus ludit potencia varias hominum formas cottidie innouando, ideo ea, qui fiunt in tempore, labe temporis in obliuionis precipiture deferuntur, nisi literarum apicibus ac viuarum vocum testimonio fulcitantur. Innotescat igitur presentibus, quod ad memoriam veniat et posteriorum, quod nos Martinus Corczek dictus, aduocatus Chanczinensis, vnacum scabinis bannito ex iudicio, ad vniuersorum noticiam tam presencium, quam futurorum volumus denudare, quod constitutus coram nobis dominus Swantosslaus olim vicethezaurarius domini regis Kazimiri pye recordacionis, habita consideracione, non compulsus nec coactus et matura deliberacione contulit discreto viro Iohanni Trossferi dicto et heredibus, suisque legittimis successoribus natis aut nascendis

1440. [17. II.]

Anno 1440. die 16. Februarij, Cracoviae, Wladislaus, rex Poloniae etc., fidelibus servitiis nobilis domini Spytek de Jaroslaw, motus, sibi L[ta] marcas in et super opido regali Leżajsk, ac villis ad idem pertinentibus, assignat, inscribit et donat.—

Wladislaus, dei gracia, Rex Polonie, Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo attenta fide magne constancie et gratitudinis meritis prestantibus, quibus nobilis Spitek de Jaroslaw[1] nobis dilectus grata Magestati nostre exhibendo obsequia complacuit et adhuc aucto fidelitatis studio complacere poterit in futurum, horum intuitu volentes ipsum ad nostra servicia reddere magis promptum, sibi quinquaginta marcas monete currentis communis, numerique polonici consueti, quadraginta videlicet octo grossos, marcam in quamlibet computando, ex nostra liberalitate donavimus et dedimus, quas sibi prius in quitacionibus

expediendas ad nostros officiales dederamus, et que sibi nondum fuerant expedite in premissis, Volentes igitur ipsum de predictis quinquaginta marcis certum facere et securum, sibi, videlicet Spitkoni predicto, suisque heredibus legittimis, predictas quinquaginta marcas in et super opido nostro Lazansko[2] et villis ad idem opidum predictum pertinentibus, in terris Russie et districtu Przemisliensi[3] sitis, inscripsimus et presentibus inscribimus cum omnibus utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris cultis et colendis, campis, pratis, piscinis, allodijs, graminibus, collibus, vallibus, silvis, nemoribus, gajis, mellificijs, borris, mericis, rubetis, quercetis, pinetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, stagnis, lacubus, paludibus, fluuijs, riuis, torrentibus, aquis et earum decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis constructis et construendis, eorumque emolimentis et obuencionibus, vniuersis ad ipsum opidum predictum et villas ad idem pertinentes(s.), ab antiquo, vel nouiter quo-

modolibet spectantibus, prout in metis et granicijs circumferencialiter ipsum opidum cum villis partinentibus ad ipsum est distinctum et limitatum, tenendum, habendum, utifruendum et pacifice possidendum, tamdiu, quousque predicte quinquaginta marce sibi, aut suis successoribus legittimis, per nos, aut successores nostros fuerint ex toto et integraliter persolute, quibus persolutis, possessio opidi dicti et villarum, ad ipsum opidum pardinencium (s.) ad nos et successores nostros devolvetur pleno jure, juribus tamen et stacionibus nostris regalibus, in omnibus semper salvis. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum, testimonio litterarum. Datum Cracovie feria quarta proxima post „Invocavit" anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

Relacio Venerabilis Johannis de Sprowa[4], canonici Gneznensis.

Dokument oryginalny pergaminowy, nieźle zachowany. Pieczęci brak; pozostał po niej pasek

pergaminowy w miejscu właściwym. Na prawej, zewnętrznej stronie pliki widnieje napis współczesny powstaniu samego dokumentu: „Lectum et auscultatum per Albertum de Zichlin[5] R. P. Vicecancellarium". Na odwrotnej stronie dokumentu znajduje się szereg notatek późniejszych, zawierających streszczenia, daty i sygnatury dawne; z notatek z wieku XV^go^ są następujące: „Littera supra quinquaginta marcas in Bonis Lezensko[2]", oraz: „Registrata". Sig: 125.

1.) Jarosław, mto pow. na lewym brzegu Sanu w Galicji.
2.) Leżajsk, wolne mto. Król. nad Sanem; pt. Łańcucki w Galicji. –
3.) Przemyśl, mto. pow. w Galicji Wschodniej.
4.) Sprowa, folw. nad Pilicą. Gub. kielecka; pt. Włoszczowski, par. Gleniowy.
5.) Zychlin, os. par. w gub. Warszawskiej, pow. Kutnowskim. –

1442, dnia 11 stycznia w Krakowie.

Nos Stephanus de Przelanka Aduocatus et septem iurati iuris Theutonici supremi Maydeburgensis Iudicij Regalis Castri Cracouiensis Prouinciales, videlicet Stanislaus de Wislicia quondam Viceprocurator dicti Cracouiensis Castri, Stanislaus Rusek, Ioannes Grislo Cracouienses, Iohannes Gladki, Stanislaus Tursik Kazimirienses conciues, Micossius de Glogoczow et Nicolaus de Suloschowa villarum Scolteti Per Serenissimum principem et Dominum Dominum Vladislaum Dei gracia Polonie, Ungarie etc. Regnorum Regem, Dominum nostrum generosissimum ad id specialiter deputati, Recognoscimus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, tam presentibus quam futuris memorie commendari, Quia die Data presencium coram nobis personaliter constitutus Circumspectus Climasch Scoltetus de Rokitno sanus mente nec minus corpore validus existens, non compulsus, non coactus, neque alicuius erroris scrupulo circumuentus, sed de bona deliberacione preuia et amicorum consilijs et spontanea voluntate prehabitis, pro se et pro suis vxore, liberisque omnibus sexus vtriusque existentibus promittens ......¹ se vendidisse et vendere Scolteciam suam in Zadrosze habitam et ad ipsum hereditarie concernentem cum omnibus et singulis eiusdem scultecie iuribus, censibus, redditibus, vsufructibus et obuencionibus vniuersis ad eandem sculteciam antiquitus et nunc quomodolibet spectantibus, ceterisque omnibus cum pertinencijs et appendencijs factis aut fiendis quomodolibet in futurum, quocumque nuncupantur vocabulo, nil penitus excipiendo, nec quid~~xxx~~quid iuris, dominij seu proprietatis pro se aut suis heredibus et legittimis successoribus in eadem penitus reseruando, tam late longeque, prout iam dicta Scoltecia in suis metis et limitibus, modis et graniciebus limitata est circumferencialiter et distincta, Cum eciam (s) iure et proprietate atque dominio eiusdem Scultecie, quibus solusmet habuit, tenuit et possedit

¹) wyraz nieczytelnie skrócony, może „requisitus”

pro vna certa pecuniaria summa sibi iam deto„
to ac plenarie persoluta, iusto ac vero vendicio„
nis titulo rite et realiter vendidisse Venerabili„
Religiosisque virginibus Domine Abbatisse cete„
risque monialibus tocius Conuentus Cenobij sancte
Clare in Monasterio apud sanctum Andream in
Cracouia. Quam quidem Scolteciam idem Climas„
sius prefatis Abbatisse et monialibus cum singu„
lis premissis ipsius Scoltecie pertinencijs protunc
coram nobis libere resignauit, per ipsam Domi„
nam Abbatissam ipsiusque Conuentum Mona„
sterij prememorati perpetue, pacifice ac heredi„
tarie absque quorumuis hominum impedimento
possidendam, tenendam, habendam, vtifruen„
dam, vendendam, commutandam, alienandam,
donandam, obligandam, et ad quevis earum be„
neplacita libere conuertendam; Promittens idem
Climasch prefatam Dominam Abbatissam ipsius„
que Conuentum contra quamlibet personam ipsam
Dominam Abbatissam aut ipsius Conuentum (de) pre„
missa Scoltecia impedire seu quouis modo pertur„
bare volentem, per annum et diem iuxta iuris
Theutonici formam et Regni Consuetudinem in„
tercedere et efficaciter releuare. Quam quidem re„
cognicionem similiter et dicte Scoltecie vendicio„
nem et resignacionem tam realiter quam ra„
cionabiliter factam, Ratam habentes, gratam
atque firmam, easdem vendicionem et resigna„
cionem approbauimus, roborauimus et per pre„
sentes confirmamus temporibus perpetuis vali„
turam. Harum quibus sigillum Regalis Iudicij
nostri Scabinalis officij presentibus est subap„
pensum testimonio literarum. Actum et Datum
in Castro Cracouiensi feria quinta proxima
post festum Epiphanie, Anno Domini Millesimo
Quadringentesimo Quadragesimo Secundo.

Oryginału nie ma. Kopia powyższa wyjęta
z księgi S. str. 126.

(: Ar. św. Andr. :)

1442 [18. VIII, Cracoviae.] 125

Matthias Pukler donat conventui ius suum, quod habuit in Rzeszotarij.

In nomine Domini amen. Quoniam aegritudinis vehementia corporalis solet plerumque ab humanis usibus mentes in tantum evertere, quod nedum de temporalibus, verum etiam de se ipso quispiam disponere vel sibi providere non valet. Unde dum in corpore quies est, et sobrietas in mente, animusque paucis torquetur angustiis, tunc melius ordinatur, conditur et salubrius disponitur ultimae voluntatis: dispositio: iudicium. Proinde ego Matthias Pukler civis Cracoviensis, per gratiam altissimi Dei, sanus mente, corporis, rationis sensu discretus et sobrius, licet aliquantulum corpore languens, volens animae meae peccatrici futuris periculis ac meorum praedecessorum salutis possetenus obviare, tanquam fidelis et verus catholicus in unione ortodoxae fidei, sanctaeque romanae universalique ecclesiae fidelis obediens existens, salubriterque praemeditans, quod homo fragilis conditionis in hac valle miseriae positus immensis subiaceat periculis et aerumnis, quia mundus is mutabilis est, et ad mortem humanitas semper prona, nec est quid morte certius, nec quid incertius eius hora, sicque necesse habet quilibet ingredi vias eius. Idcirco unusquisque debet provida meditatione pensando diem exitus sui ordinatione salubri praevenire. Nolens igitur bona mea in hac vita laboriosa et militanti a domino Deo mihi humanitus collata, per meque non sine gravi labore et sudore iuste conquisita inordinate relinquere, sed potius pro huiuscemodi rebus transitoriis et caducis bonisque mundanis, quae fluunt et refluunt nequeuntque

./.

./. subsistere una sorte Christi gratiam et coronae gloriam promereri, et indeficientes divitias et delicias adipisci cu- piens haereditates sive bona immobilia duas villulas scilicet superiorem et inferiorem Rzeszotarij prope oppi- dum Wieliczka situatas, mihi et uxori meae clarissimae Catharinae, in centum et octuaginta duabus marcis com- munis pecuniae monetae et numeri polonicalis, ac in cen- tum et quinquaginta florenis hungaricalibus, iusto catholicoque contractu interveniente, per nobilem Fran- ciscum Juntha haeredem de Zawczyce dictorum villa- rum Rzeszotarij legitimum haeredem, sub certis modis, capitulis, et conditionibus obligatas, et coram dominis capitaneis Cracoviensibus sponte resignatas, per meque pluribus annis pacifice possessas atque tentas, prout haec et alia in literis resignationum dominorum ca- pitaneorum Cracoviensium desuper datis clarius conti- nentur et habentur. Cum omnibus iuribus, modis, et limitibus, quibus illas hucusque habui, tenui et pos- sedi, consensu tamen et voluntate praefatae Catharinae coniugis meae ad id accedentibus. Ad honorem omnipo- tentis Dei et beatae Mariae Virginis illibatae, ac sanctissimi Corporis domini nostri Jesu Christi, venerabili ac reli- giosis fratribus canonicis regullaribus et domino prae- posito et conventui monasterii Corporis Christi in Ca- simiria ordinis S. Augustini, Cracoviensis dioecesis donatione perpetua et irrevocabili pro mea ultima voluntate, do, dono, assigno, resigno atque lego. Per eos exnunc in antea tenendas, habendas et possidendas temporibus perpetuis. Ita tamen quod si et in quantum iuxta limitationem alias in li- teris resignationis, de quibus supra fit mentio, prae- fatus dominus Franciscus Juntha, aut sui successo- res legitimi dictas villas ab eis liberare et reemere praefatamque summam pecuniarum et florenorum inte-

./.

qualiter restituere, voluerit ac voluerint. Quod tunc memorati domini praepositus et conventus fratrum et canonicorum corporis Christi in Casimiria, ad id suum consensum et assensum praestare atque dare debebunt, nec quovis modo huiusmodi redemptioni dictarum villarum se opponent. Quo facto, desidero ego et affecto, quod idem praepositus et conventus pro praefata pecuniaria summa, quam ipsi a dicto Francisco Duntha levaverint, censum annuum et perpetuum pro ipsorum monasterio opportunum emere et comparare studeant, mediante quo memoria pro anima mea et coniugis meae praedictae sempiterna haberi possit. Item pari legatione, dono et assigno eisdem praeposito, fratribus et conventui supradictis, omnes et singulas fruges in annonis et bladis per me seminatis. Nec non pecora et pecudes atque pullos, quae ego in dictis villis in praesentiarum habeo et possideo. Demum notum esse volo per praesentes, quod ego praefatus Matthias super praedictis villis videlicet utraque Rzesotarij ducentas marcas communis monetae polonicalis a tempore possessionis meae, faciendo conditionem ipsarum villarum meliorem exposui et impendi, ultra saepedictam summam pecuniae capitalis, quae in literis resignationis continetur, teste mihi Deo et conscientia atque fide mea, quam in susceptione sacri baptismatis professus sum. Quas quoque impensas relinquo et assigno supradictis fratribus cum plena faciendi et dimittendi facultate. In quorum omnium fidem et testimonium praemissorum praesentes literas meas, huiusmodi voluntatem meam ultimam et ordinationem testamenti sive dispositionem in se continentem, per notarium publicum facti huiusmodi scribam, scribi, subscribi et subsignari meique sigilli appensione rogavi ac iussi communiri. Actum et datum Cracoviae in domo habitationis meae, sita in platea s. Ioannis anno a nativitate domini MCCCCXLII. Indictione V. pontificatus Sanctissimi in Christo pa-

/. tris et domini nostri domini felicis, divina providentia
Papae V. Anno ipsius III° die vero Saturni XVIIIa mensis au-
gusti, hora vesperorum vel quasi. Praesentibus ibidem
Honorabili presbitero Gotfrido altarista altaris s. alexii
in ecclesia s. Mariae Virginis ac famosis viris Marco
consule, et Barthossio Melczer scabino civitatis Craco-
viensis, testibus ad praemissa vocatis et rogatis. Locus
signi appositi. Et ego Nicolaus Nicolai de Cracovia dictus
eiusdem diaecesis publicus imperiali authoritate notarius.
Quia praedictae ultimae voluntatis sive testamenti ordi-
nationi, donationi, et legationi, aliisque omnibus et
singulis praemissis, dum sic ut praemittitur per dictum
Mathiam agerentur et fierent, una cum dictis testibus prae-
sens fui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi.
Ideo praesentes literas sive praesens publicum instru-
mentum huiusmodi testamentariam voluntatem in
se continentes sive continens, me aliis arduis prae-
pedito per alium fideliter ingrossari procuravi, huicque
me manu propria subscribens exinde confeci et in
hanc publicam formam redegi signo et nomine meis
solitis et consuetis, una cum appensione sigilli prae-
fati Mathiae testatoris, et de ipsius mandato speciali
consignando communivi rogatus et requisitus in fidem
et testimonium omnium et singulorum praemissorum.
Locus sigilli appensi.

1442 [27. VIII, Casimiriae.] 

Franciscus Tuniha donat conventui villam Rzeszotarij, vigore donationis summae trecentarum marcarum.

Ego Franciscus Tuniha de Tawczyce. Recognosco publice per haec scripta, quibus expedit universis, quod ego sollicite attendens, qualiter bonae memoriae olim dominus Bona Tuniha genitor meus charissimus, sibi in ecclesia corporis Christi canonicorum regularium in Casimiria ex devotione speciali elegerit ecclesiam sepulturam, ubi etiam existit in Dei nomine inhumatus, et solus disposui me hac vice aditer versus Hungariam ad dominum nostrum gratiosissimum Hungariae et Poloniae regem transeundi, ubi indubie immisceri me oportebit bellicis insultibus et submittere corpus et vitam meam periculoso eventui, ubi propter incertum belli eventum, in dubio fluctuans ignoro, quid mihi futura poterit parere dies. Ut igitur propter dubium huiusmodi tutiorem partem eligere possim, et futuro casui feliciter anteire, pro salute animarum dicti patris mei, et meae ac praedecessorum meorum nulla spe commodi temporalis, sed pure et simpliciter propter Deum in remedium peccaminum omnium nostrorum praesentibus dono, do, et irrevocabiliter assigno, ac quantum in me est, resigno. Donatione in perpetuum valitura, trecentas marcas communis pecuniae sive usualis monetae Cracoviensis, liberas et ab omni onere solutas et exemptas, in et super villa mea Rzesotarij

./.

./. et omnibus ipsius villae fructibus, censibus, redditibus, proventibus, emolumentis, sylvis, gais, rubetis, pratis, pascuis, piscinis, lacubus, aquis, et aquarum decursibus, nullis penitus demptis vel exclusis, venerabili et religiosis Gaspar praeposito et fratribus conventus Corporis Christi canonicorum regularium in Casimiria supradictorum, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, transferens in eos omnimodam potestatem praefatam villam scilicet utramque Rzeszotary pro praedictae pecuniae summa, habendam, tenendam, possidendam cum omnibus eius fructibus, proventibus, et emolumentis, nec non cum dictis sylvis, gais, rubetis, pratis, pascuis, piscinis, lacubus, aquis, et aquarum decursibus ordinandam et disponendam, prout ipsorum placuerit voluntati. Promitto insuper bona fide quod quotiens per dominum nostrum regem vel aliquem alium dominorum et officialium terrae Cracoviensis bellum aliquod vel expeditio, ad quam tota terra Cracoviensis exurgere debebit, fuerit proclamatum, quod tunc praefatum monasterium et fratres, quamdiu vixero, in omnibus mercedem volo, et hoc ipsum servitium super meis propriis impensis ipsorum nomine expedire. Sed quia propter absentiam domini nostri regis gratiosissimi, literas confirmationis praedictorum pronunc commode non valeo expedire. Idcirco quandocius apud ipsius Serenitatem in Hungariam constituar, volo et promitto, omnia supradicta dante Domino deducere ad effectum. Actum

./.

/.et datum Casimiriæ feria secunda diei S. Ruffi _ anno domini MCCCCXLII. Præsentibus discretis viris, domino Nicolao olim ecclesiæ sancti Laurentij, nunc vero capellæ sancti Ioannis baptistæ in ecclesia Cracoviensi præbendario, et Valentino de Cracovia presbyteris: Nec non strenuo milite domino Ioanne Grzymała de Pecromiego burgrabio castri Cracoviensis, et honorabili Matthia Baran de Radwanowice Et insuper pro maiori evidentia, et testimonio omnium præmissorum ego præfatus Franciscus Bona Imtha appendi his literis sigillum meum Locus sigilli subappensitis.

1463.

29

1443, [20.VII, Sandomiriae]

X

Alienacio ville Nyeczecze a monasterio titulo commutacionis*)

*) pismem XVI w. nececssaria dodano na marg.

Nos Petrus de Weschmuntow iudex et Johannes de Slawoschowicze subiudex terre Sandomiriensis generales. Significamus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis presencium per tenorem Quomodo venerabilis vir dominus Petrus abbas monasterii Coprzywniciensis et cum suo conventu ab una et strenuus Lucassius de Slupcza heres ab altera partibus coram iudicio terrestri comparendo personaliter sani mente pariter et corpore existentes animo ipsorum deliberato mera et spontanea ~~libertate~~ voluntate, recognoverunt quia inter se fecerunt commutacionem perpetualem ex certis causis in bonis ipsorum hereditariis infrascriptis tali modo: Quia prefatus dominus Lucassius predicto domino Petro et eius conventui seu monasterio iam dicto Coprzywniciensi racione comutacionis totam porcionem hereditatis quam ~~ep~~ emit aput (sic) Petrum in villa Krobyelicze cum omni iure et dominio cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, obvencionibus redditibus, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, borris, mericis mellificiis, gays, rubetis fluviis, molendinis, piscinis, piscariis, aquis et earum decursibus et cum universis pertinenciis, quibuscumque dicantur

nominibus veluti ad predictam porcionem hereditatis in Kro-
byelicze pertinet et spectat nihil iuris et dominii in eadem por-
cione hereditatis in Krobyelicze pro se neque pro sua legitti-
ma posteritate penitus excipiendo predicto monasterio Co-
przywniciensi idem Lucassius racione commutacionis pro villa
Monasterii predicti videlicet Nyeczecza et pro addicione centum et
decim (sic) marcarum monete et numeri polonicalis Quas centum
et decim marcas predictus dominus Lucassius eidem monasterio
predicto addidit et eandem porcionem hereditatis in Krobyelicze
resignavit perpetualiter et eviterne. Et debent se mutuo pro eis-
dem hereditatibus tueri et intercedere a qualibet persona iuxta
iuris formam. Harum quibus in testimoniam litterarum, si-
gilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Sandomirie die
sabbato proximo post festum sancti Allexii Anno domini
M°CCCC° XL^mo^ tercio Presentibus his dominis videlicet
strennuo Petro de Thulkowicze, Nicolao de Banchow,
Laurencio de Sbignyowicze, Jacobo de ~~Rzecz~~ Rzeczi-
cza, Jaroslao de Wyeprzky, Swanthoslao de Roszky
Nicolao de ibidem ac aliis multis fidedignis testi-
bus ad premissa..

Kopia z Kodeksu Koprz. p. 132–133/2.

1

30

Własność Kollegjaty Kaliskiej

6 4 8 3/2

(650)

1,

R. 1440.

In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Nos Vincentius Dei et Apostolice Sedis gratia sancte Ecclesie Gneznensis Archiepiscopus et Primas. Cum inter sollicitudines Officii nobis crediti, nostra praecipua cura esse debeat, cultum divini nominis per multiplicationem personarum adaugere et animarum saluti possetenus providere, profecto grato animo nostram talibus studiis auctoritatem impartimur, quibus huiusmodi cultus crescere cernitur et salus animarum exinde procuratur. Proinde noverint tam presentes, quam futuri, quomodo discretus Johannes Gwapelman, altarista ecclesie Collegiate sancte Marie in Calisch nostre dyocesis in nostra constitutus presentia nobis humiliter et devote supplicavit, quatenus in eadem ecclesia Collegiata sancte Marie Calisiensis vicariam perpetuam, quam honesta Agnes Pichadlowa, coniux honesti Nicolai de Calisch zelo devotionis ducta de facultatibus suis ac certis censibus annuis apud Nobilem Mikossium, filium olim Johannis, heredis in Skudla ac apud sagaces dominos Consules totamque communitatem Civitatis Calisch pro certa summa pecunie emptis et comparatis dotavit, erigere, fundare privilegiaque largitionis, emptionis huiusmodi censuum, unum Magnifici domini Thome de Pakosth, Castellani Poznaniensis et Capitanei Maioris Polonie generalis et aliud prefate civitatis Calisch, ipsorum veris sigillis rotunde figure intus et extra de communi cera, in pressulis pergameni subappendentibus sigil-

lata sana, salva et integra, et que tunc idem dominus Johannes coram nobis in evidentiam prefate dotationis exhibuit et obtulit, rathificare, confirmare, approbare ac census ipsos vicarie predicte et universitati dominorum vicariorum dicte ecclesie in Calisch incorporare dignaremur, quorum privilegiorum tenores secuntur in hunc modum:

Nos Thomas de Pakosth, Castellanus Poznaniensis et Capitaneus Maioris Polonie generalis. Significamus tenore presentium universis, quomodo ad nostram et aliorum eiusdem terre nobilium veniens presentiam Nobilis Mikossius, filius olim Johannis heredis in Skudla, non compulsus, non coactus nec aliquo sinistro errore seductus, quinymo sanus mente pariterque corpore existens usus amicorum salubri consilio ac matura deliberatione prehabita super laboriosis Adam lys, Stanislao alias Drost, Martino molendinatore - Pampek, Nicolao lyczko, kmethonibus in Skudla possessionatis, quatuor marcas census annui currentis monete Regni Polonie numeri soliti et consueti Regni prefati in quamlibet marcam quadraginta octo grossos currentis computando pro quadraginta marcis latorum grossorum Pragensium monete valentis numeri soliti et consueti discretis viris domino Johanni Guampelman vicario perpetuo duas marcas ad tempora vite sue, post decessum vero ipsius dominis vicariis ecclesie Collegiate sancte Marie in Calisch pro tempore existentibus easdem duas marcas cum tertia marca, clericis vero Missam beate Virginis in eadem ecclesia Collegiata decantantibus, quar-

tam marcam ū et super festum beati Nicolai Confessoris proximum
annis singulis continuo se a data presentium sequentibus solvere ple-
nario ac debito cum effectu propriis fatigis et expensis eundem cen-
sum dictis dominis vicariis in Calisch reponendo plenarieque exsol-
vendo et hoc tytulo reemptionis in perpetuum vendidit et coram
nobis more solito rationabiliter resignavit. Si vero prefatus Micossius
dictum censum, ut prefertur, quovis tempore antelato domino Johanni
vel post mortem ipsius vicariis predicte ecclesie Collegiate Calisiensis
necnon clericis memoratis non solveret aut quovis modo solvere
neglegeret et cum ipse dominus Johannes vel post mortem ipsius
dicti vicarii eiusdem Ecclesie Collegiate Calisiensis protunc existentes
necnon clerici memorati cum litera presenti ad dominum Capita-
neum vel eius Burgrabium Calisiensem protunc existentem pro
non solutione dicti census venerint proponentes, ꝫ extunc domi-
nus Capitaneus vel eius Burgrabius Calisiensis ad ipsorum requisi-
tionem, quociens opportunum fuerit, dictum Mikossium necnon
successores ipsius legitimos in bonis suis omnibus Kmethonesque
eosdem in omnibus eorum bonis mobilibus et immobilibus succes-
soresque predictorum Kmethonum impignorare, donec idem census
debitum non sorcietur solutionis effectum, debebit, tanquam ex
decreto Iuris veri et iusti esset sententiatum et declaratum. Tam-
diu predictum censum, ut premittitur ad tempus deputatum
solvendum et dandum per predictos Kmethones, donec ab ipso domino
Johanne vel post mortem ipsius a vicariis predictis ac clericis memo-
ratis per dictum Mikossium vel ipsius legitimos successores in sum-

ma pecunia predicta non fuerit ad effectum per reemptionem liberatus. Incumbentibus vero, quod absit, quibusvis expeditionibus in metis Regni huius vel extra occurrentibus, prefatus Micossius una cum suis successoribus eandem intercedere debet et tenetur in suis expensis et impensis sine omni impedimento et inquietatione Kmethonum memoratorum ac dampno prefati domini Johannis et post mortem ipsius vicariorum et clericorum memoratorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Actum et datum in Calisch feria sexta proxima post festum Circumcisionis Domini. Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, presentibus strenuis et Nobilibus viris dominis Barthossio Wezenborg de Gostin, Alberto de Pakosth, Michaele de Ralewo, Iwan de Czirmino, Swanthomiro de Goszlanthkowo, Czeschantha de Coszmowo et Abraham Bochuso de Szolthniki heredibus et testibus fidedignis ad premissa rogatis specialiter et vocatis in testimonium premissorum. - Nos Consules civitatis Calisiensis Nicolaus Cranch Prothoconsul, Martinus hedloff, Martinus sartor, Nicolaus Radost, Martinus Kowersmid et Jacobus homuch Tenore presentium publice recognoscimus universis, quod de communi consensu et voluntate Iuratorum et Communitatis civitatis nostre rite ac rationabiliter octo marcas annui census monete currentis pro centum marcis latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando,

iam integraliter perceptis et in usus ac utilitatem civitatis nostre predi-
cte conversis et impensis videlicet Nicolao Trivonis de S.cz.m. solutis olim
apud patrem ipsius pro comparatione ville Ostrow receptis, in et su-
per domo murata videlicet macellis sutorum et pistorum ad Advoca-
tiam nostram pertinentib, in circulo sita et locata sub reemptione
vendidimus honeste domine Jachne relicte Stanislai Pichadlo, nostre
concivis. Quarum octo marcarum annis singulis in et super festum Pen-
thecostes nunc proximum affuturum vel in duabus septimanis post
hoc immediate sequentibus quinque marcas pro discreto domino Johanne
Gwempelman, vicario Collegiate ecclesie sancte Marie in civitate Calisien-
si predicta solvere et dare tenemur. Reliquas vero tres marcas mo-
nete currentis census predicti in et super festum sancti Martini Epi-
scopi vel in duabus septimanis post hoc immediate sequentibus domine
Jachne predicte nostre concivi duntaxat ad vite ipsius tempora dare et
solvere tenemur tamdiu, quousque predictus census octo marcarum
pro consimilibus centum marcis latorum grossorum Pragensium
premissorum per nos Consules Calisienses predictos vel qui pro tem-
pore fuerint, fuerit reemptus, censu tamen persesso secundum de-
cursum temporis primitus persoluto. Que quidem tres marce residue,
ut prefertur, census predicti post obitum ipsius domine Jachne pre-
dicte ad vicarios ecclesie Collegiate predicte sancte Marie in Calisch
devolvi debebunt pleno Iure. Ratione quarum quidem trium marcarum
dominus Johannes Gnewpilman et sui successores vicarie ipsius succe-
dentes cum vicariis ecclesie prenominate de omnibus censibus, redditi-

libus, obloquiis et oblationibus tenebuntur participare eviterne. In cuius rei testimonium civitatis nostre sigillum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Calis feria quarta post dominicam „Populus Syon" proxima. Anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto. Moderatio autem huius facta est per Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Albertum, divina providentia Sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopum et Primatem feria sexta post festum beati Johannis Baptiste proxima anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto. Nos vero Vincentius, Archiepiscopus et Primas memoratus petitionibus huiusmodi tanquam iustis annuentes, volentes ecclesiam prefatam sancte Marie in Calisch amplioribus personarum auctione insignire honoribus dicteque Agnetis Pychadlowa dotatricem pijam et devotam in perfectum deducere. voluntate et signanter propter divini cultus et glorie Dei, quam celi enarratum incessanter augmentum et honorem, predictam vicariam perpetuam in ecclesia Collegiata sancte Marie in Calisch erigimus et fundamus privilegiaque predicta rathificamus, approbamus ac census eidem incorporamus et in robur perpetue firmitatis confirmamus, decernentes census huiusmodi deinceps ecclesiastice subiacere libertati, necnon prefatum Johannem Grawpelman tanquam benemeritum eiusdem vicarie taliter per nos erecte perpetuum creamus vicarium ipsumque Collegio et consortio ac universitati dominorum vicariorum tam Canonicalium, quam aliorum ecclesie prefate Calisiensis adiungimus et aggregamus in Dei nomine per presentes, volentes,

quatenus ipse Johannes et successores ipsius eiusdem vicarie vicarii cure animarum et divinis officiis tam diurnis, quam nocturnis cum aliis dicte ecclesie vicariis intendant et omnibus ac singulis censibus, proventibus, redditibus, oblationibus, testamentis et quibusvis distributionibus ac universis ad universitatem ipsorum dominorum vicariorum undecunque provenientibus presentibus et futuris fructibus, sicut vicarii Canonicales eiusdem Ecclesie et non canonicales gaudere integre debeant et sint contenti, ipsumque Johannem Vicarium et suos successores iuxta vetus privilegium iurisdictioni, cohertioni et subiectioni Domini Prepositi dicte ecclesie Calisiensis, pro tempore existentis subicimus et supponimus, Iusque patronatus et presentandi personam ydoneam ad prefatam vicariam post cessum sive decessum dicti Johannis et successorum eius dominis vicariis et eorum universitati ecclesie Calisiensis antedicte reservamus perpetuo et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Oppathow die Mercurii tertia mensis Februarii. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo. Presentibus ibidem Venerabilibus et honorabilibus viris dominis Thoma de Strzampino, decretorum Doctore, Canonico Gneznensi, Jacobo Preposito, Symone Canonicis Calisiensis, et Stanislao Bochnek, vicario perpetuo lanciciensis ecclesiarum et aliis pluribus fidedignis testibus circa premissa

Własność Kollegiaty Kaliskiej.



R. 1444.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus de Male, Palatinus Lanciciensis, locum tenens Regie Majestatis et Capitaneus Maioris Polonie generalis. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre Nobilium veniens presentiam Nobilis Nicolaus de Biszkupicze, non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus, immo sanus mente, pariter et corpore existens et matura deliberatione prehabita, in et super quatuor mansis agrorum scultetie sue in villa Jedlcze, in Districtu Calisiensi sita, unam marcam cum octo scotis monete in Regno currentis, numeri vero polonicalis consueti, videlicet quadraginta octo grossos in marcam computando, census annui pro altari in ecclesia Collegiata Sancte Marie in Calisch, tituli Corporis Christi et Sancte Anne fundati et erecti singulis annis ad festum Nativitatis Cristi per prefatum Nicolaum et successores suos solvendi pro viginti marcis mediorum grossorum monete et numeri prescriptorum titulo et foro reemptionis alias na wederkow vendidit et coram nobis rite et rationabiliter iuxta terre consuetudinem in perpetuum resignavit per eundem altaristam, pro tempore existentem, tenendum, habendum, utifruendum, tollendum, levandum, possidendum et in usus suos, prout sibi et aliis altaristis melius et utilius videbitur expedire convertendum, casu vero, quo idem dominus Nicolaus aut successores sui dictum censum in aliquo termino prescripto non solverit aut solvere non curaverit, extunc idem altarista pro tempore existens arestam, alias czanga a Burgrabio Castri qui tunc fuerit pro tempore vigore eiusdem litterae petet et impetrabit,

ad quod se ibidem submisit sponte et obligavit harum, quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Actum et datum in Calisch feria sexta in crastino Corporis Christi, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus dominis Andrea Sieacz de Pothcovre, Iudice Castri Calisiensis, Johanne de Sendla, Johanne de Lopenno, Burgrabio Calisiensi, Johanne de Cotharzin, Johanne de Czechanowo et Johanne de Rogaschicze, testibus circa premissa.

Przy pergaminie tym został tylko sznureczek bez pieczęci.

Własność Kapituły Kaliskiej. 2/16 26/11

~~21/6~~

R. 1444.

In nomine Domini Amen. Nicolaus de Calis decretorum doctor Reverendissimi in christo patris et domini domini Vincentii Dei gratia Sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopi et Primatis in spiritualibus vicarius et Officialis generalis. Cum secundum Iuris tam Canonici quam civilis sententiam magnopere curandum sit magistratibus et cunctis, qui iudiciariam retinent potestatem, ne cuipiam necessaria labatur probatio aut rei cesset notitia, que futuris et presentibus foret opportuna, libenter profecto talibus negotiis et et gestis auctoritatem ordinariam, qua fungimur, impertimur, que pro bene gerendis rebus humanis aut pro dirigendo statu spiritualium personarum a principibus seculi tam opportuneque sancte provisa sunt edita et decreta. Proinde quos presens etas continet comprehenditque futura cunctis presentium serie declaramus. Quo modo nos ad honorabilis domini Pauli altariste

altaris Visitationis sancte Marie in ecclesia Collegiata eiusdem gloriose Virginis in Calis situm instantiam, per nostras certi tenoris compulsorias litteras honestam Zophiam, relictam olim Nicolai Gotardi, civis Calisiensis unacum Bartholomeo, filio suo carnali, quatenus iura, privilegia erectionis et fundationis ac omnia et singula munimenta altaris huiusmodi, que haberent coram nobis infra certum terminum, producerent et reponerent, moneri necnon huiusmodi iura et munimenta sic coram nobis producenda ad videndum et audiendum transsumi, transcribi, transexemplari et et in publicam formam redegi unacum omnibus et singulis sua communiter vel divisim interesse putantibus et alias ad dicendum causas rationabiles et sufficientes, cur et quare premissa minime fieri debeant allegandum in walvis sive portis ecclesie sancti Nicolai in Calis ad instar edictorum publicorum, que olim scribebantur in albo pretorii, personaliter, citari fecimus et evocari ad certum peremptorium terminum competentem. Quo termino adveniente comparens personaliter coram nobis prefatus dominus Paulus altarista altaris predicti, ~~dict~~ dictis nostris Compulsoriis et citationum litteris debite executis facto et in scriptis reproductis citatorum in eis contentorum non comparentium neque huiusmodi termino satisfacere curantium contumaciam accusavit petens ipsos reputari contumaces, nos tandem eundem terminum ex certis causis animum nostrum moventibus vim et effectum earundem nostrarum litterarum, primum ad feriam secundam protunc sequentem et demum secundo ad feriam quintam proximam post tunc instans festum sancte Katherine continuavimus et habuimus pro

continuato. In quo quidem termino sic per nos continuato coram nobis personaliter comparens memorata honesta Zophia relicta olim Nicolai Gotardi, civis Calisiensis litteras autenticas sive privilegia in numero tres sanas, salvas et integras, non viciatas, non cancellatas nec in aliqua parte ipsarum suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes sub titulis et sigillis infra denotatis facto et realiter exhibuit et reposuit, tenorum, qui secuntur in hunc modum. Et primo tenor littere obligatorie Nobilis Johannis in Staw heredis de verbo ad verbum sequitur et est talis: Noverint universi, quibus expedit tam presentibus quam futuris presentem litteram habituris, quod nos Johannes, heres de Staw, sanus mente et corpore in sua valitudine existens non coactus nec aliquo errore devio seductus sed sui animi libera ac spontanea voluntate faciendo, vendo decem marcas grossorum census annui pro centum marcis grossorum monete Pragenses quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, solerti ac honesto viro Nicolao Gotardi opidano Calisiensi, necnon Conthorali sue ac eorum successoribus legitimis unacum domino Paulo capellano et altaris Calisiensis eiusdem Gotardi. Qui prefatus Gotardus et sua conthoralis legitima unacum eorum pueris natis ac nascendis predictum censum perpetuis temporibus rite et rationabiliter voluntate spontanea unanimes in nobis et coram nobis Johanne haerede de Staw contulerunt, assignaverunt necnon resignaverunt ad altare gloriose Virginis Marie, ad Sanctum Nicolaum in ecclesia parochiali ibidem in Calis de novo edificandum et ipsum erigendum tali conditione interposita, quatenus predictum censum singulis annis dare et per-

solvere in et super festum Sancti Johannis baptiste, quinque marcas grossorum et alias similiter quinque marcas grossorum latorum ad natale Domini proxime venturum integraliter ac plenarie sine omni dilatione et protractione tenebuntur. Et si predictus census herede de Staw vel a meis fideiussoribus ibidem ad prefatos terminos sepedicto Nicolao Gotardi aut suis successoribus legitimis alias suo capellano domino Paulo persolutus non fuerit, ut prefertur, extunc antedictus Nicolaus Gotardi aut sui successores legitimi nos Johannem heredem et nostros opidanos de Staw in Regno Polonie et extra Regnum, ubicunque locorum nos pervenerimus seu pervenerint, in eodem censu sub nostra fide et nostrorum omnium et singulorum fideiussorum opidanorum ibidem tenebuntur nos detinere, super hoc nos Johannes ac omnes et singuli nostri oppidani sine omni dolo ac fraude spondemus in eodem censu astringendos necnon obligamus, quibus detentis prius de eodem loco non exitur, donec antedictus census Nicolao Gotardi aut ipsius successoribus legitimis alias domino Paulo totaliter et omnimode unacum dampnis perceptis ipsum censum in supradictis investigando fuerit et existat persolutus. Insuper etiam omnibus et singulis premissis predicto domino Paulo altariste eiusdem altaris et suis subsequentibus, cui sepedictus Nicolaus Gotardi aut sui successores legitimi antedictum contulerit seu contulerint, sub pena excommunicationis sententie ac interdicti nos predictus Johannes unacum nostris opidanis in eadem cautione fideiussorum interposita et obligata similiter astringimus et per

presentes obligamus tamdiu predictum censum supradictis videlicet Nicolao Gotardi aut suis successoribus legitimis dare ac persolvere tenebitur, quousque supradictus Johannes de Staw seu successores sui legitimi ipsum censum decem marcarum duxerit seu duxerint reemendum. Et cum predictus Johannes heres de Staw seu sui successores legitimi ipsum censum in centum marcis grossorum velit seu vellent reemere, extunc idem vel ipsius successores legitimi ipsum Nicolaum Gotardi seu successores ipsius tenentur ante medium annum ipsos adanuntiare, ut eandem pecuniam in alium censum altari debito tempore obligarent. Et si sepedictus Johannes seu successores legitimi ipsum censum ad pretacta festa dare non poterit, extunc si[ne] omni dolo ac fraude duabus septimanis post festum Sancti Johannis baptiste et post Natale Domini proxime venturum ipsum censum tenebimus seu tenebimur persolvere omni dilatione procul mota predictum censum volentes reemere pecuniam capitalem in Calis tenebuntur reponere. In cuius rei testimonium nostrum sigillum iussimus subappendi. Actum et datum in Calis ante festum Sancte Agnetis feria sexta anno Domini millesimo quadringentesimo quinto, presentibus hijs testibus, discretis viris domino Johanne Slywka et Martino Notario publico ac prudenti viro Renis cive Calisiensi et alijs quampluribus fidedignis. Cuius littere sigillum sanum et illesum in pergameni pensula rothunde figure intus de nigra, ab extra vero de alba et communi cera dependebat. In cuius medio clipeus de armis wyenyawa sculptus apparebat et littere circumferenciales a torno cruce premissa in hunc modum

+ S. Johannis de Staw heredis legi cernebantur. – Deinde tenor alterius littere proconsulis et consulum opidi Staw de verbo ad verbum sequitur et est talis: Noverint universi, quibus expedit tam presentibus quam futuris presentem litteram habituris, quod nos consules de Staw, puta Bartholomeus proconsul, tunc temporis existens, unacum nostris consulibus, videlicet Nicolao dicto Brzeyska, Martino dicto luthka, Nicolao dicto alban unacum similiter nostris scabinis alberto dicto Myrzysch Paulo dicto ~~Janch~~ Jank Jasch Ceszantha dicto Hynera, Nicolao dicto Mucha, Mathia faber ac nostra tota communitate nostri opidi fideiussimus pronunc prout extunc manu coniuncta fideiubemus pro nobili viro domino Johanne herede ibidem de Staw et pro ipsius successoribus legitimis ~~alias suo capellano domino~~ decem marcas grossorum census annui predictum censum solerti ac honesto viro Nicolao Gotardi et suis successoribus legitimis alias domino Paulo plebano de Stawyschyn ac altariste ecclesie parochialis ad Sanctum Nicolaum in Calis Capellano~~rum~~ eiusdem Gotardi dandum atque solvendum singulis annis tenebimur in et super festum Sancti Johannis baptiste quinque marcas grossorum et alias similiter quinque marcas latorum grossorum ad Natale Domini proxime venturum integraliter atque plenarie sine omni dolo et fraude omni dilatione procul mota. Et si dictus census a nobis fideiussoribus antedictis ad prefatos terminos sepedicto Nicolao Gotardi seu suis successoribus legitimis alias suo Capellano domino Paulo iam prefacto debito tempore persolutus non fuerit, ut prefertur, extunc antedictus Nicolaus Gotardi ac sui successores legitimi nos fideiussores ac nostros opidanos ibidem de Staw in Regno Polonie et extra Regnum, ubicunque locorum nos pervenerimus

seu pervenerint in eodem censu sub nostra fide et nostro honore omnium et singulorum premissorum opidanorum nos tenebimur seu tenebuntur detinere, quibus detentis prius de eodem loco non exire, donec antedictus census a nobis sibi antedicto Nicolao supradicto aut ipsius successoribus legitimis aut domino Paulo Capellano eiusdem Gotardi totaliter ac omnimode unacum dampnis perceptis ipsum censum in nobis fideiussoribus fuerit et existat persolutus. Insuper omnibus et singulis supradictis predicto domino Paulo altariste eiusdem Nicolai et suis subsequentibus, cui sepedictus Nicolaus Gotardi aut sui successores legitimi antedictum altare contulerit seu contulerint sub pena excommunicationis sententie et interdicti nos predicti fideiussores ac opidani in eadem cautione fideiussoria interposita nos astringimur ac obligamus. Et si predictus census ad nominata festa dari non poterit, extunc sine omni dolo ac fraude duabus septimanis elapsis post festum sancti Johannis baptiste et post Natale Domini proxime venturum ipsum censum sine omni dubio persolvere tenebimur. In cuius rei testimonium nostrum sigillum iussimus subappendi. Actum et datum in Calis feria sexta ante festum sancte Agnetis, presentibus testibus, quibus supra, anno Domini millesimo quadringentesimo quinto. Sigillum vero ad prescriptam litteram civium in pensula pergameni rotunde figure sanum, salvum et illesum, intus de nigra, ab extra vero de alba et communi cera dependere, signum in modum turris desculptum et littere circumferenciales cruce premissa in hunc modum + S. civium de Staw legi cernebantur; demum tenor privilegii fundationis et erectionis dicti altaris sequitur de verbo ad verbum et est talis: In nomine domini

Amen. Cum inter mortalium actiones et opera nihil tam salubre et stabile tam efficax et solidum censeatur, quod ad ea meditanda frequenter intendere, per que laus divina aucto personarum numero augeatur in ecclesiis et salus hominum, uti desideramus felicia recipiat incrementa, provide nos Albertus, Dei gratia sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopus et Primas ad perpetuam rei memoriam, significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo providus Nicolaus Gotardi, civis Calisiensis zelo devotionis accensus gerensque suis in desiderijs cum intenta meditatione, qualiter bona sua temporalia, que de manu domini suscepit hic in terris, in celestes thezauros transferens centupla acciperet et vitam eternam possideret, octo marcas annui census monete currentis et numeri polonicalis, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando, quas ipse aput strenuum Militem Johannem, heredem in opido Staw, districtus Calisiensis in bonis ipsius pro centum marcis grossorum ~~tr~~ bohemicalium sub contractu reemptionis comparavit, prout hoc in littera predicti Johannis plenius contineri vidimus, obtulit dedit, donavit et resignavit coram nobis humiliter supplicans, quatinus altare in ecclesia Collegiata beate Marie in ipsa civitate Calisiensi de novo fundare et erigere predictasque octo marcas census annui pro ipso altari et ipsius rectoris sustentatione approbare, ascribere et incorporare dignaremur. Nos vero tam pijam et tam devotam dicti Nicolai Gotardi voluntatem, qui Eleemosinis sua suorumque progenitorum coniugum et puerorum peccata expiare desiderat, benigno favore prosequi et paterno amore pro-

movere cupientes, predictam donationem ratam et gratam habentes, altare in ad honorem Visitationis beatissime Dei genitricis Virginis Marie necnon sanctorum Jacobi Apostoli, Gotardi et decem milia martirum ac beatarum barbare et Marthe Virginum et Marie Egypciace vidue in dicta ecclesia Collegiata beate Marie in choro dextra parte magni altaris iuxta vota predicti Nicolai Gotardi erexinnus et fundamus eidemque altari et pro sustentatione Rectoris ipsius predictas octo marcas annui census per ipsum Nicolaum aput prefatum Johannem heredem in Staw sic ut premittitur emptas seu alium censum in alijs bonis succedentem ibus appropriavimus, ascripsimus et incorporavimus ac erigimus, fundamus, appropriamus, ascribimus et incorporamus tenore presentium temporibus perpetuis duraturum. Cum autem beneficium datur propter officium, ideo ut predictus donator sperados fructus exinde percipere mereatur, statuimus et ordinamus, quod altarista altaris predicti, qui pro tempore fuerit, per singulos annos qualibet septimana in ipso altari per se vel alium legitime impeditus quatuor missas, videlicet unam die sabbati de beata Virgine aliam secunda feria pro defunctis, tertiam feria quarta pro peccatis et quartam feria sexta de sancta Cruce adimplere teneatur. Preterea statuimus et ordinamus, quod altarista altaris predicti fiat actu presbiter vel alias infra annum ad sacerdotium promovendus et quod preposito ecclesie predicte in hijs, que ad cultum divinum spectant, obediat, sine eius licentia ad loca remota recedere non presumat, infra divinum cultum in Ecclesia et in processionibus solitis superpiliciatus cum aliis ministris ecclesie predicte incedat, quodque ipse altaris continue in loco residentiam faciat personalem.

Alioquin si per tres menses sine causa legitima licentia non obtenta ab dicto altari se absentaverit vel aliud beneficium assecutus fuerit aut etiam se ad gradus sacerdotii ordinari non procuraverit, extunc in huiusmodi tribus casibus predictum altare vacare censeatur, liceBitque predicto Nicolao Gotardi et suis legitimis successoribus, cui et quibus Iuspatronatus eiusdem altaris perpetue reservamus alium ydoneum presentare ad ipsum altare per nos seu successores nostros instituendum. Ceterum ad robur perpetue firmitatis eosdem census per dictum Nicolaum Gotardi donatos et pro altari predicto deputatos ad ius et iurisdictionem ecclesiasticam assumimus per hec scripta decernentes deinceps ipsi census vel alii quilibet loco ipsorum succedens ecclesiastici habeantur, nominentur ac pro ipsis ac ipsorum repetitione ad forum Iudicii ecclesiastici recursus habeatur. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras fundationis litteras scribi nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum in Oppathow die decima octava mensis Aprilis Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, praesentibus ibidem Venerabilibus, Honorabilibus et discretis viris dominis Iohanne de Koszebrodi, cancellario et Iohanne de Rudaycza, canonico Gnezensi necnon Santcone lanciciensis, Janussio Curzeloviensis ecclesiarum Collegiatarum Archidiaconis, Andrea de Iaczkowo in Ianczewo et Nicolao in Oppatow plebanis, aliisque quampluribus circa premissa testibus fidedignis, per manus Andree de Crozyno, vicecancellario Curie nostre. Cuius quidem littere Erectionis sigillum rotunde figure mediocris in cordula sericea viridi et brunatici colorum, intus de rubea, ad extra vero de alba et communi cera fuit subappensum,

sanum et illesum, in cuius medio imago pontificalis infulata, manu dextra ad benedicendum directe extensa, in sinistra vero baculum pastoralem deferens, sub cuius pedibus clipeus et in eo babatum cruce repleta, littere vero textuales circumcirca premissa cruce in hunc modum + S. Alberti Archiepiscopi Gneznensis legi cernebantur. Post quorum quidem privilegiorum productionem et receptionem per nos et coram nobis factas prefatus Paulus altarista dictis citationum et compulsoriis litteris debite, ut prefertur, executis verbo repetitis dictorumque citatorum contumacia accusata in eorum contumaciam nonnullos testes fidedignos de mandato et ad ipsius Pauli instantiam per cursorem Consistorii nostri et nuntium iuratum citatos coram nobis ad iurandum de perhibendo testimonium veritati sub recognitione sigillorum dictis privilegiis appensorum exhibuit atque produxit, quos admitti eorumque iuramenta recipi et super huiusmodi recognitione interrogari et examinari per nos debita cum instantia postulavit. Quiquidem testes per nos admissi visis primitus et diligenter inspectis ~~sigillis~~ huiusmodi sigillis privilegiorum appensis mediis ipsorum iuramentis per eos successive ad mandatum nostrum et in manibus nostris corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Ewangelia prestitis dixerunt et quilibet eorum dixit huiusmodi sigilla esse ~~eorum~~ illorum quorum esse dicuntur prout et in veritate fuerunt. Nos vero Nicolaus de Calis vicarius et officialis memoratus dictis sigillis sufficienter pro recognitis habitis attendentes, quod iusta petentibus assensus non est denegandus huiusmodi privilegia transsumpsimus, transscripsimus, transexemplavimus, transsumique, transscribi, transexemplari et in publicam

transsumpti formam mandamus, transsumimusque, transexemplamus, transscribimus Dei nomine invocato, in hijs scriptis interponentes. exnunc et in antea auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur in hac parte, decretum nostrum supradictum privilegijs decernentes, quod eisdem in Iudicio et extra ubique locorum tanquam veris originalibus stetur, fidesque plenaria adhibeatur temporibus eviternis. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes litteras nostras sive presens publicum instrumentum huiusmodi transsumptum in se continentes sive continens per Notarios nostros coram nobis causarum factique presentis scribas infrascriptos scribi, subscripi et publicari mandavimus nostrique vicariatus sigilli appensione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Gnezne in Curia Archiepiscopali nostre solite mansionis die Jovis vicesima sexta mensis Novembris hora tertiarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, Indictione septima, Sacrosancta Basiliensi synodo durante, presentibus venerabilibus, honorabilibus et discretis viris dominis Jacobo Koth decano, Johanne cancellario, Andrea vicario Gneznensis, Andrea Renis baccalaureo precentore mansionario, Stanislao de Stawyschyn altarista Collegiate Sancte Marie Calisiensis ecclesiarum, Paulo Apostolo procuratore, rectore de Skarschewo, Johanne Nicolai Stadnik ac Johanne Petri de Golyna, prelatis, presbiteris et clericis Gneznensis Dyocesis testibus circa premissa.

Et ego Petrus Nicolai de Strzezewo, Clericus Gneznensis Dyocesis publicus imperiali auctoritate Notarius. Quia dictorum

 40

6 pr privilegiorum exhibitioni, presentationi, decreto, petitioni ~~in~~ alijsque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur unacum prenominatis testibus ac collega meo infrascripto, presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in manuale sive notas reposui. Ideo presens instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis ac sigillo eiusdem Venerabilis et Egregii viri domini Nicolai de Calis~~ch~~, decretorum Doctoris, Vicarijque in spiritualibus et Officialis Gneznensis de mandato eius speciali communivi et roboravi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium ~~omnium~~ et singulorum premissorum.

Znak Notaryusza.

—

Et ego Johannes olim Nicolai de Stadniky, Clericus Cracoviensis Dyocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius necnon coram prelibato Venerabili Domino Nicolao de Calis, decretorum Doctore, vicarioque in spiritualibus, et Officiali Sancte Ecclesie Gneznensis generali, Causarum in Consistorio Gneznensi et facti huiusmodi scriba. Quia dictorum privilegiorum exhibitioni, presentationi, decreto, petitioni alijsque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur, et fierent, unacum prenominatis testibus ac collega meo suprascripto presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in manuale sive notas reposui, Ideo presens instrumentum, occupatus alijs mei officii negotiis per alium Collegam meum fideliter

Znak drugiego Notaryusza.

ingrossari procuravi et facta auscultatione diligenti me hic subscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli memorati domini Nicolai, Vicarii et Officialis et de speciali suo mandato communivi et roboravi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus.

Pozostały tylko sznurki jedwabne bez pieczęci. —

W tym ostatnim dokumencie jest wiele błędów gramatycznych; widocznie Notaryusz niedokładnie przepisywał z oryginałów. —

Wyrazy najgłębszego uszanowania

Przesyła

Kalisz 14/04 r.

X. J. Sobczyński

Przedwczoraj wysłałem pośpiesznie arkusik na ręce

Sz. Pana Profesora. —

1444, dnia 10 maja w Krakowie.

Sbigneus Dei gracia Episcopus Cracouiensis Discre-
tis viris vicarijs in Rokitno et qui presentibus fuerint
requisiti, salutem in Domino. Quia ad Ecclesiam paro-
chialem in Rokitno vacantem per liberam resignatio-
nem Magistri Martini de Woynicz in manibus no-
stris factam et per nos admissam, discretum Grego-
rium de Czechow presbiterum ad presentacionem
Deodicatarum virginum Abbatissam (s) et totum con-
uentum Monasterij sancti Andree in Cracouia, ad
quas Ius patronatus et presentande (s) eiusdem Eccle-
sie dinoscitur pertinere, pleno iure per manus nostre
suo capiti imposicionem Crida cum Comenda (s) ritte
premissis Inuestimus et inuestiuimus in Dei nomine
per presentes, curam animarum, administrationem
spiritualium, regimenque temporalium eiusdem eccle-
sie in Rokithno sibi presentibus committendo. Quo-
circa vobis in virtute sancte obediencie et sub ex-
communicationis pena mandamus, quatenus ad
predictam Ecclesiam in Rokitno personaliter cum
eodem Gregorio descendentes, ipsumnet ad realem,
actualem et corporalem possessionem omnium iurium
et pertinentiarum inducatis, facientes sibi de omni-
bus fructibus, redditibus, censibus, decimis, prouenti-
bus et obuencionibus vniuersis ad dictam Ecclesiam
quomodolibet spectantibus plene et integre respondere,
et quantum in vobis est respondeatis cum effectu,
Quodque (parochiani) eiusdem Ecclesie prefato Grego-
rio in omnibus licitis et honestis obediant et inten-
dant, tanquam ipsorum vero et legittimo Rectori et
pastori. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datum Cracouie die deci-
ma Mensis Maij, Anno Domini M° Quadringente-
simo Quadragesimo Quarto. Presentibus Venerabili-
bus et Honorabilibus viris: Henrico Archidiacono San-
domiriensi, Ioanne Dlugosch Cantore Visliciensi et Ca-
nonico Cracouiensi, Iohanne Dormith et Mathia Ca-
pellanis Curie Episcopalis nostre testibus circa pre-

⁄.

missa.

Oryginału nie ma. Kopia poniższa wyjęta z księgi S. str. 58.

/: Ar. św. Andr. :/

a.

Judicium Wischegradiense permittit ut Nobilis Johannes de Crampnowo pro xii. sexagenis, quas Abbati Czirvenensi debebat, advocaciam in villa Garwolewo resignet.

1444. 14. Maij. [Wyszegrad.]

Nos Martinus heres de Jeszeiso Judex et Budek de Nagrassino subiudex Wischegradienses; Ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum quibus expedit deducimus et deduci volumus per presentes. Quomodo cum venerandus dominus Andreas Abbas Monasterij Czirvenensis Ordinis Beati Augustini de voluntate et speciali (sic) Serenissimi principis domini Boleslai Ducis Mazowie etc. Illustris domini nostri graciosissimi Nobilem Johannem filium Advocati de Crampnowo, in quibusdam debitis per suum procuratorem hic iudicialiter Arrestasset Qui Johannes coram nobis in Judicio personaliter comparens voluntarie recognovit se ipsi domino Andree Abbati xii sexagenas grossorum in mediis grossis teneri, quas unde solveret non habens sibi Advocaciam suam sive sculteciam quam in Garwolewo villa eiusdem domini Abbatis prope Czirwensko sita habuit in dictis xii. sexagenis grossorum monete predicte dedit et resignavit de eadem se perpetue et in evum abrenunciando. Quare nos timorem dei in oculis nostris habentes, neminem timentes, predictam advocaciam sive sculteciam in Garwolewo prefato domino Andree Abbati et ipsius Successoribus cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus et obvencionibus universis adiudicavimus tenere, habere,(s) regere(d) gubernare ac perpetue et in evum adiudicamus possidere per presentes ipsi Johanni et suis successoribus de dicta Advocacia sive sculteccia perpetuum imponentes silencium et imponimus tenore presencium mediante. Actum et datum in Wischegrad feria quinta proxima ante festum Zophie electe Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto sigillis nostris presentibus subappensis testimonio

testimonio literarum.

Ex originali ~~in charta pergamena scriptis. Bibl.~~ {Mus. Ord.} Zamoysk. — Sigilla desunt.

---

Na grzbiecie dawną ręką (z XV w.) Super advocacia in Garwolewo

Zkollacyonowałem sam

natery pod rok 1444. 113

11

1434. die 1. mensis Iulii, Budae.

Wladislaus III. rex Poloniae et Ungariae ecclesiae ad s. Mariam in Gdów proventus quosdam ex capitaneatu Niepolomicensi assignat.

Vladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex, Lithuanieque princeps supremus etc. et heres Russie, ad perpetuam rei memoriam, sanctissimamque Dei matrem, virginem Mariam. Etsi liquido omnibus Christianis constet, apud Deum peccatorum advocatam, tociusque Christiani orbis patronam esse, non tamen nos ex hac solummodo generalitate sed ex speciali eciam eiusdem celorum regine erga nos patrocinio omnia eiusdem maiestati iure merito debemus. In minori enim etate nostra desperati de vita, cum essemus ad ecclesiam eiusdem virginis in Gdow[1] devoti, vitam recepimus, ac postea cum in Niepolomicensi saltu[2] venacioni dediti periclitaremur, votis nostris ad eandem ecclesiam in Gdow directis, omni periculo destituti et in salvo positi fuimus. Quare de gratitudine debita erga virginem Mariam, dominam nostram, assignamus in perpetuum super bonis nostris regalibus Niepolomicensibus pensionem certam et annuam ad dictam ecclesiam in Gdow, eius plebano singulis annis persolvendam, videlicet pro quolibet sancte Marie Nativitatis, tituli eiusdem ecclesie festivitate, unum cervum e maioribus et melioribus, qui in saltu Niepolomicensi continentur, ac septemdecem marcas latorum grossorum pragensium, post factam vero hybernam conseminacionem triginta arbores pineas, pro edificio aptas, ac quinque quercus maiores cum omnibus truncis et ramis illorum ad eandem ecclesiam devehere et plebano illius nunc et pro tempore existenti consignare Niepolomicensis capitaneus noster tenebitur. Presentibus apud omnes pro erga Deum eiusque virginem Matrem pietate valituris. Sigillis nostris regalibus in fidem subappensis. Datum Bude die prima Iulij, anno Domini M. CCCC. XXXIIII.

Z księgi oblat krakowskich N. 145 p. 2641.

1) Gdów, miasteczko w starostwie wielickiem położone.
2) Niepołomice, miasteczko w starostwie bocheńskiem.

Bo dopiero r. 1440 został Wład. III królem węgierskim



1444.
Obl. Crac. 206
p. 2562
1/7.
[Budae.]

44

Vladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie Dalmatie, Croacie etc. rex Lithvanieque princeps supremus et heres Russie ad perpetuam rei memoriam, sanctissimam Dei Matrem Virginem Mariam et si liquido omnibus Christianis constet apud Deum peccatorum advocatam totiusque christiani orbis patronam esse non tamen Nos ex hac solummodo generalitate sed ex speciali etiam ejusdem celorum Regine erga nos patrocinio omnia ejusdem majestati jure merito debemus. In minori enim etate nostra desperati de vita cum essemus ad ecclesiam ejusdem Virginis in Gdow devoti vitam recepimus ac postea cum in Niepolomnicensi saltu venationi dediti periclitaremur, votis nostris ad eandem ecclesiam in Gdow directis omni periculo destituti et in salvo positi fuimus. Quare de gratitudine debita erga Virginem Mariam Dominam nostram assignamus in perpetuum super bonis nostris regalibus Niepolomnicensibus pensionem certam et annuam ad dictam ecclesiam in Gdow ejus plebano singulis annis persolvendam videlicet pro qualibet sancte Marie Nativitatis tituli ejusdem ecclesie festivitate unum cervum e majoribus et melioribus qui in saltu Niepolomnicensi continentur ac septemdecem marcas latorum grossorum Pragensium, post factam vero hybernam conseminationem triginta arbores pineas pro edificio aptas ac quinque quercus

majores cum omnibus Truncis et
pannis illorum ad eandem ecclesiam
devehere et plebano illius nunc et pro
tempore existenti consignare Niepolo-
micensis capitaneus noster tenebitur.
Presentibus apud omnes pro erga Deum
Ejusque Virginem Matrem pietate vali-
turis, sigillis nostris regalibus in fidem
subappensis. Datum Bude die prima
Julii anno Domini MCCCCXXXXIIII.

1444.
Inscr. 75 p. 176
(Obl. Crac.)
24/8.
[Varadini.]

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia hunc multis errorum et dubiorum occurritur prudenter occurrimus incommodis, dum gesta etadis nostre litterarum annotacione et fide dignorum testimonio perhennamus, proinde nos Vladislaus, Dei gracia rex Polonie, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Servie, Bulgarie, Rascie etc. rex, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Lithwanie princeps supremus Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium quibus expedit, universis presentibus et futuris presentium noticiam habituris, quomodo oblata nobis peticio pro parte magnifici Petri de Sprowa Odrowasz, palatini Leopoliensis et capitanei terrarum Russie generalis continebat, quatenus de benignitate nostra innata et auctoritate regali villas suas Zinkowcze et Sathanow in territoriis Podolie sitas in civitates facere et transformare dignaremur, foraque tam septimanalia quam annualia statuere in eisdem. Nos igitur tam iustis et possibilibus precibus suis acliuati cum et ad hoc singulariter intendamus, ut ipsas terras Podolie tanto tempore guerrarum turbidinibus agitatas et pacificare et ad statum meliorem modis omnibus con-

conducamus habita deliberatione ma-
tura predictas villas Zinkowcze et
Sathanow de villis ~~et~~ in civitates trans-
tullimus et transferrimus per presentes
eisdem nominibus Zinkowcze et
Sathanow appellandas seu vocandas
dantes et concedentes ipsis omnia et
singula iura civilia, quibus alie civi-
tates eciam nostre in dictis terris Podolie
gaudent et fruuntur gaudere atque frui
perpetuo et inentes statuimus insuper
in predictis civitatibus fora septima-
nalia et annualia videlicet in Zin-
kowcze singulis feriis quintis, septi-
manale in festis vero Assumpcionis glo-
riose Marie virginis et sancti Nicolai Con-
fessoris annis singulis annualia; item
in Sathanow singulis ferijs tercijs
septimanale, in festis vero beatorum
Petri et Pauli et sancte Catharine
eciam singulis annis annualia fora, dantes
et concedentes de plenitudine auctori-
tatis regalis omnimodam facultatem
et potestatem omnibus et singulis
mercatoribus, institoribus, commuta-
toribus, kmetonibus et cujuslibet status
sive condicionis hominibus utriusque
sexus ad dicta fora tam septimanalia
quam annualia ad dictas civitates
cum mercibus, rebus, peccoribus et qui-
buslibet vendibilibus, veniendi, standi,

morandi, vendendi, emendi, facta
sua licite disponendi, dispositisque
vel non dispositis in propria redeun-
di aut unde venerint redeundi li-
bere et secure ac sine quibusuis im-
pedimento aut arresto. Supplicatum
denique extitit pro parte majestati
nostre pro parte prefati Petri pallati-
ni quatenus tam ipsas civitates Zin-
kowcze et Sathanow cum suburbiis ea-
rum, quam eciam villas suas Hri-
meczka, Budzokowcze Makarow Zie-
lencze, Nowosielcze, Pokutancze, Mijcza-
kow, Turbow, Czijeszij, Derasna, Hole-
nischczow, Domanow, Yassij, Strijowa,
Strijowka, Postolowcze Zijanijcze cum
ipsarum omnibus et singulis pertinenciis
in terris Podolie et districtibus Camene-
czensi~~bus~~, Smotriczensi, Lethiczoviensi
et Vijnijczensi sitas de jure Polonico in
ius Theutonicum transferre dignare-
mur. Nos igitur votis ipsius palatini
~~beg~~ benigniter annuentes predictas civi-
tates suas cum suburbiis earum et vil-
las ipsius superius expressatas cum ea-
rum attinenciis et pertinencijs et cohe-
rencijs universis prout longe late et
circumferencialiter in suis limitibus
sunt distincte sed alias villas, que adhuc
successu temporis intra metas tam civita-

tum quam villarum predictarum sive in sive in campis aut merus locarentur de iure polonico sive ruthenico et quavis alio in ius Theutonicum quod Maydeburgense dicitur transtulimus et transferrimus perpetuo in eisdem durantum removentes omnia iura Ruthenicalia et Polonicalia in eisdem civitatibus et villis modosque et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum plerumque turbare consueverunt. Eximimus insuper et perpetuo liberamus omnes cives, cmetones et quosvis incolas dictarum civitatum et villarum presentes et futuros ab omni iurisdictione et potestate omnium regni nostri pallatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum subiudicum, ceterorumque officialium et camerariorum ac ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel aliquo ipsorum pro causis tam magnis quam parvis videlicet furti, incendii, homicidii, mutulationis membrorum aut aliis quibusvis enormibus excessibus etiam citati minime respondeant sed nec aliquam penam eisdem solvere teneantur sed cives, cmetones et quevis incole tam civitatum, quam villarum omnium predictarum coram suis singularum civitatum et villarum advocatis, ~~advocato~~ advocati vero coram domino suo predicto videlicet

Petro et suis legitimis successoribus, De se querulantibus respondere tenebun, tur iure tamen suo Theutonico supra dicto. In causis autem criminalibus superius expressatis aduocatis civitatum et villarum predictarum diffiniendi, sen, tenciandi, corrigendi, puniendi et plectendi Damus plenam et omnimodam facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis sentencijs, articu, lis et clausulis postulat et requiret, iu, ribus tamen nostris regalibus semper saluis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum Varadini feria secunda ipso die sancti Bartholomei apostoli anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto presentibus ibidem reverendis in Christo ~~patribus~~ magnificisque et genero, sis Joanne episcopo Waradiensi, Luka de Gorka Poznaniensi, Hriczkone Podolie pal, latinis, Nicolao de Balicze Woynicensi Nicolao Zakrzowski Wisliciensi castellanis Wolczkone Rakuski X succamerario Leopo, liensi, Hinath judice Haliciensi et aliis quam pluribus fide dignis. Datum per ma, nus magnifici Petri de Szczekocin regni Polonie vice cancellarij sincere nobis dilecti.

1446 [4.II, Cracoviae.] 48

De eodem.

Nos Barthosius de Gory iudex, et Petrus de Cutowice subiudex terrae Cracoviensis generales, notum facimus, quibus expedit universis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, cum in colloquio generali celebrado coram nobis et magnificis dominis subscriptis nostris assessoribus nobiscum in iudicio praesidentibus fuisse inter honorabilem Gasparum praepositum ordinis sancti Augustini ad aedes Sanctissimi Corporis Christi de Casimiria et conventum eius actores ex una et strenuum Petrum de Marszowice reum parte ex altera haeredes, pro, de, et super tribus marcis census communis pecuniae quem censum dictus praepositus cum conventu suo in tota parte haereditatis Bielczyce singulis annis habent, quae pars haereditatis retro fluviolum alias za Potockiem a parte haereditatis Starczyce iacet, idemque Petrus a sex annis infra hinc proxime
eundem censum per se recipiebat et ipsorum occasione materia quaestionis vertebatque, tunc vero praefatus dominus Gasper praepositus, et conventus suus praedictus literam ipsorum iudicialem colloquialem super eundem censum habitum, sigillisque appensis strenuorum dominorum Pauli de Bogumiłowice iudicis et Sigismundi de Bobowa subiudicis sigillatum, salvum sanum et integrum non laesum coram iudicio exhibendo reposuerunt, et iuxta eandem literam et tenorem ipsum, sic dicti praepositus et conventus suus dictum censum super eodem Petro de Marszowice iure et iudicialiter in perpetuum acquisiverant, circa quam literam in omnibus punctis et clausulis eius opportunis praefatum dominum Gasparum et conventum suum, iuxta tenorem ipsius literae conservavimus et

./.

tenore praesentibus conservamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum et datum in colloquio generali Cracoviae celebrato, feria sexta proxima post festum purificationis beatissimae virginis Mariae. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto praesentibus his magnificis dominis Iaonne de Cisow castellano et capitaneo Cracoviensi serenissimi domini regis Poloniae locum tenente, Iaonne de Tenczyn palatino Cracoviensi, Nicolao de Ossolin Woynicensi, Petro de Zirnow Sandeciensi, Iaonne de Bobrog Biecensi castellanis, Petro de Wesmuthow iudice, Sendomiriensi, aliisque pluribus fide dignis.

1446. [7. IV, Oppathov.] X



Concordia super reformacionem ripe fluvii in Karwow libera.

Nos Petrus de Weschmuntow iudex et Johannes de Slawoschowicze subiudex terre Sandomiriensis generales, significamus presencium per tenorem quibus expedit universis presentibus et futuris Quomodo ad nostram ac nostrorum assesorum coram iudicio terrestri personaliter accedentes presenciam venerabilis dominus Nicolaus Groth abbas monasterii Coprzywniciensis Cisterciensis ordinis una cum suo conventu ex una et nobiles videlicet Petrus de Tudorow ac Petrus de Kamyen heredes partibus ab altera libere et publice recognoverunt inter se huiusmodi fecisse perpetuam concordiam et amicabilem composicionem videlicet, quod prefatus dominus Nicolaus abbas et suus conventus fluvium qui transit per prata ville versus Karwow debent et debebunt eviterne, pacifice et libere eis reformare pro ipsorum comodo et mundare alias przebiracz et

mundare immundicias ad rippam inferiorem proicere Et predicti nobiles videlicet Petrus de Tudorow et Petrus de Kamyen heredes non debent nec debebunt eandem reformacionem inhibere ~~aut~~ et impugnare alias bronicz fossatum; vero iam dicti Nicolaus abbas et suus conventus debent et debebunt eandem reformacionem

facere in latitudine quattuor palmarum alias pyandzach et ad
profunditatem quantu[m] ipsis necesse fuerit pro eorum necessi-
tate, et ne eorum prata predictorum nobilium destruerentur inci-
piendo a primo rubo alni alias od pyrzwego krza olschewego, et
si fuerit necesse ab aggere alias od grobley pristine antique ville
dicte Kamyen usque ad fluvium molendini et hoc ipsum iam dicti
nobiles repugnare non debent nec eorum legittimi successores Et re-
paracio seu mundacio alias przebiranye fieri debet bis in ~~anno~~
anno Prima reparacio ante festum sancti Adalberti, secunda
post festum sancti Michaelis. Sed si quod absit predictus fluvius
per decursum aquarum rumperetur seu destrueretur quo-
vis tempore, illis temporibus licebit ipsis videlicet domi-
no abbati et suo conventui recepturam reformare
et tunc erit dampnum predictorum nobilium et non
domini abbatis vel sui conventus Sed si reformacio-
nem et reparacionem predictus dominus Nicolaus abbas
et suus conventus neglexerint et tunc quodcumque dam-
pnum fuerit in predictis pratis erit erit dampnum
ipsorum et non dampnum nobilium iamdictorum.
Semita vero que fuit facta per prata predicte ville
Kamyen ibi non debet fieri, sed homines de
Carwow debent ire ad missam illa via qua itur
ex antiquo versus molendinum inferius Thudoro-
wiense usque ad viam antiquam antiquam

missalem. Hec vero omnia supradicta per concordiam posita prefatus dominus Nicolaus abbas et suus conventus et predicti nobiles debent tenere et observare partibus ex utraque temporibus perpetuis sub pena decem marcarum. Harum quidem in testimonium litterarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Oppathow feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. Presentibus ~~hys~~ his nobilibus: Johanne et Zaclica de Myedzygorze, Johanne de Wlostow, Johanne de Poszromna, Nicolao de Rozky, Johanne de Tursko, Bernardo de Wrzazow de ibidem, Barthosio de Boxicze, Johanne de ibidem et aliis quam pluribus fidedignis etc.

Kopia z kodeksu Kopcz p. 141/2 – 142/2

1446. die 1. m. Maii, in Piotrków.

Preclaus de ~~Do~~ Dmoszyce testatur, sese a Kazimiro rege Poloniae castra Lubowla et Podoliniec in VI MD florenis obligata accepisse.

Ego Przeczslaus de Donoschycze significo tenore presencium, quibus expedit, vniversis, presentibus et futuris, quod facta cum serenissimo principe, domino et domino Kazimiro dei gracia rege Polonie, magno que duce Lithuanie, Russie, Prussie domino (et) herede etc. domino meo graciosissimo, occasione serviciorum meorum et comitive mee in terris Prussie deservitorum, rigida, diligenti et exacta racione, mihi et comitive mee in sex millibus florenorum et quingentis florenis Hungaricalibus, nihil magis aut minus, defalcatis et perceptis per me et comitivam meam a Serenitate sublatis, sua Serenitas remanserit obligata. In quibus quidem sex millibus et quingentis florenis in viam contentacionis castra sue Serenitatis, videlicet Lubowla et Podolinyecz, vna cum civitatibus, opidis, villis, predijs, allodijs, censibus, vtilitatibus, fructibus, reddituibus et proventibus, in litera inscripcionis sue Serenitatis, lacius et clare expressis, descriptis et denominatis, per suam Serenitatem mihi inscripta, suscepi in tenutam, tenoreque presencium suscipio et accepto tali condicione atque pacto: quum castra predicta Lubowla et Podolinyecz vna cum civitatibus, opidis et villis ad eadem quomodolibet spectantibus, prefato serenissimo domino regi pro censu, dacione ~~et~~ seu pensa annua tria millia florenorum hungaricalium in auro singulis annis solvere et dare tenerantur, non valentes tamen propter guerrarum stridorem aliaque incommoda onus solucionis huiusmodi sufferre, sua Serenitas ad certum tempus mille florenos huiusmodi per se eisdem indulserit, ac a solucione huiusmodi absolvit eosdem. Occasione cuius indulgencie ego tenore presencium me obligo et spondeo, quod durante huiusmodi libertate, illis per suam Serenitatem concessa, dictam terram Scepusiensem in dictis pecunijs

./.

./.

seu summis florenorum tenendo a festo sancti Iohannis baptiste proxime venturo vsque ad aliud sequens festum eiusdem nullos fructus, redditus, census et prouentus defalcabo neque in aliquos priuatos vsus conuertam, sed solummodo omnes census pro conseruacione et fulcione castrorum conuertere presentibus ero astrictus, excepto argento quindecem marcarum, quod pro sua Serenitate semper liberum pro singulis annis reseruabo et presentibus me reseruari obligo. Post vero vnius anni a festo sancti Iohannis baptiste proxime venturo decursum incipientis et durante huiusmodi libertate Sczepusiensi desuper vnum mille florenorum per suam Serenitatem graciose concessa, ego Przeczslaus ducentos florenos Hungaricales supra huiusmodi sex millium et quingentorum florenorum de prouentibus huius terre Sczepusiensis et castrorum defalcabo et tenebor defalcari, decem et octo vero centa florenorum pro quolibet anno infra tempus libertatis pro conseruacione castrorum conuertere tenebor et debeo. Expirata vero Sczepusiensi per suam serenitatem concessa libertate, ego Przeczslaus duodecem centa florenorum super summam debiti mei videlicet sex millium et quingentorum florenorum defalcare tenebor et debebo, decem et octo vero centis florenorum castra et fortalicia eiusdem terre conseruabo, fulciam, regam, dirigam et gubernabo. Vbi vero in conseruacione castrorum huiusmodi decem et octo centis florenorum sufficere non potero seu quomodolibet contentari, extunc licebit michi Przeczslao ante quartale vnius anni et prius quam quam quartale vnius incipiet eiusdem vltimum, et presentibus me obligo suam Serenitatem auisare et informare, ac eidem sue Serenitati eo, quod non potero huiusmodi et tanta summa castra predicta conseruare, intimare, sua tamen Serenitas absque omni excusacione et dificultate propterea a me castra huiusmodi simul cum attinencijs eorundem recipere, suscipere et capere, prout in verbo regio pollicitus est, tenebitur ac me ab eisdem absoluere debebit. Summa nichilominus, in qua michi sua Serenitas remanse-

./.

./.

rit obligata, integre soluta aut ad illius solucionem nouis inscripcionibus
se obligando vel saltem me de eisdem certificando et assecurando. Ego autem
postquam assecuratus et certificatus de eisdem seu quomodolibet contentus
(ero), extunc absque ulla resistencia et ~~absque~~ alio quouis colore exquisito
occasione et dilacione quibuslibet proculmotis tenebor et debebo ego
Przeczslaus aut successores mei sue Serenitati aut successoribus suis, aut
his, quibus aut mihi sua Serenitas personaliter mandauerit et commiserit
seu successores sui mandauerint et commiserint, de predictis castris et tenu„
tam eorundem condescendendam eandemque dimittam et resignabo sub fi„
de et honore meis ac onere prestiti per me iuramenti corporalis. Quod vero
ubi facere seu quouismodo impleuere non curauerit aut neglexerit sua
Serenitas, extunc ego eadem bona sue Serenitatis, castra et ciuitates, o„
pida et villas terre Sczepusiensis et quasuis alias possessiones ad ea„
dem spectantes et pertinentes, taliter tenebo, regam, prouidebo, dirigam
et gubernabo, qualiter et quomodo melius et utilius eadem preseruare
et conseruare potero; residuitatem vero super debitum meum predic„
tum defalcam et computare debebo aut cum sua Serenitate abs quo„
uis diffugio aliam faciam concordiam specialem seu condictamen,
quomodo aut quo possem in preseruacione et conseruacione castro„
rum huiusmodi contentari. Ad que omnia et singula facienda ego
Przeczslaus aut is, qui de voluntate et consensu meis prefati sere„
nissimi domini regis aut successorum eius ad id eciam consensu et
voluntate similiter accedentibus literam sue Serenitatis inscripcio„
nis habuerit, plenam habebit facultatem. Hoc nichilominus spe„
cialiter expresso, quod ubi alique guerre, bella aut lites per
quempiam sine tamen culpa, occasione siue causa meis vel suc„
cessorum meorum aduersus suam Serenitatem regnumque eius aut
terram Sczepusiensem quomodolibet inchoarentur, quibus ipsa ter„
ra Sczepusiensis dampnificaretur, in suisque annihilaretur
prouentibus, pro cuius tuicione et defensa ego Przeczslaus tenebor

./.

et debebo insistere omnique modo resistere et causa, extunc durante huiusmodi gwerra ego nullas pecunias super debitum hocidem meum tenebor defalcare seu quovismodo aliquid ad racionem ponere, solum pro conservacione castrorum, tuicione, defensa et resistencia easdem convertere. Quasquidem gwerras et earum acciones ego et mei successores non debebimus neque nobis licebit inchoare, movere, incipere aut quomodolibet prosequi sine mandato, voluntate et consensu sue Serenitatis specialibus directe vel indirecte, occulte vel manifeste, per se ~~vel~~ aut per alium, sed primum debebo suam Serenitatem avisare et tunc informacionem et commissionem sue Serenitatis et non alias facere et attemptare non licebit; cessantibus vero gwerris simili modo tenebor et debebo, ut prescriptum est, percepta complere et defalcare usque ad totalem sex millium et quingentorum florenorum extenuacionem et percepcionem. Quibus perceptis aut per suam Serenitatem alibi mihi demonstratis, obligatis seu inscriptis, dictorum castrorum possessio ad suam Serenitatem absque omni difficultate devolvetur et redibit pleno iure. Casu vero, si quod absit, me de hac luce medio tempore decedere contingat, extunc (prout) exnunc debeo iam providere et disponere, ut successor meus, quemcumque ego deputavero, simili modo sue Serenitati iuret et iurare debeat et cum castris predictis de fidelitate promittat. Insuper me presentibus et sub onere prestiti iuramenti, fideque et honore meis polliceor et spondeo, quod omnes literas mihi et commilitiis meis per suam Serenitatem ad servicium et stipendium in terris Prussie super indempnitate traditas, a prima usque ad ultimam inclusive in manus sue Serenitatis aut cancellarie sue tradam, restituam et dabo, tradique et dari efficiam et curabo; quas si non dedero, aut quovismodo dare et restituere neglexero, aut non curavero, extunc vigore presencium ipsas exnunc prout extunc et extunc prout exnunc casso, annulo, irrito, infirmo et infringo, usuique illarum me abdico, ac illas


53

nullius esse roboris vel momenti decerno presentibus et facio perinde, acsi nunquam per suam Serenitatem mihi in servicium et stipendium forent tradite et per me suscepte. Horum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in Piotrkow die dominico proximo post festum sancti Vitalis, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto.

Iste litere sunt exolute, sed servantur in thesauro propter literas inde nominatas, cassatas. Iohannes de Lasko cancellarius subscripsit. 1505.

Teka Naruszewicza 18 N. 15, z oryginału pargaminowego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, u którego pieczęć była oderwana.

1) Lubowla i Podoliniec, miasta na Górnych Węgrzech, w ziemi spiskiej



1446. 14/VII
[orzr] 1506, 24/IV

-267-

In nomine Domini amen. Cum gesta hominum ple-
rumque successu temporum a memoria labuntur humana, ideo
sagax potentatuum prudencia solita est ea successiue posteri-
tati scripturis commendare. Proinde nos Andreas Dei gracia
episcopus Poznaniensis, ad perpetuam rei memoriam tam pre-
sentibus, quam futuris tenore presencium significamus, qui-
bus expedit, vniuersis, quomodo famosus Pyetrzik ciuis Cos-
tinensis et scoltetus noster in Kelczowo dilectus fidelis, in
nostra personaliter constitutus presencia, quandam literam
siue priuilegium super eadem scultecia sua in Kelczowo sub
nomine et titulo olim domini Andree episcopi Poznaniensis
predecessoris nostri, eius et venerabilis capituli nostri Pozna-
niensis sigillis sigillatam, sanam, saluam, non viciatam,
nec in sui aliqua parte suspectam, sed omni prorsus vicio
et suspicione carentem, coram nobis presentauit et produxit,
humili cum instancia nobis supplicando, quatenus ipsam
ratificare, innouare, confirmare et aprobare dignaremur.
Cuius quidem littere siue priuilegij tenor de verbo ad ver-
bum sequitur et est talis:

→ Następuje dokument Andrzeja bis. poznańskiego
dto. Dolsko in crastino Geruasii et Protasii 1310.

Nos itaque peticionibus ipsius humilibus et racioni con-
sonis acclinati benigniter, prefatam literam suam in omni-
bus suis punctis, condicionibus, sentencijs et clausulis ratam
per omnia habentes et gratam, ipsam ex certa nostra sciencia

Wp. II n. 935.

./.

et de consensu ac ratihabicione venerabilis capituli nostri Po-
znaniensis ratificamus, gratificamus, aprobamus et presen-
tis nostri scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsam
robur perpetue firmitatis optinere. Preterea idem Pyetrzik
scultetus noster et posteri sui ortulanos in agris scoltetie
sue iam locatos, simul cum ortis et Ostrow pratis ibidem
ante Kelczowo iacentibus, que ipse Pyetrzik et sui prede-
cessores, sculteti ibidem in Kyelczowo a temporibus antiquis
usque hactenus tenuerunt pacifice et possederunt, exnunc
eciam possidebunt, utifruentur et habebunt temporibus perpe-
tuo duraturis. Licebit insuper eidem Pyetrzikoni scolteto
et ipsius posteris, scoltetis, pecudes ipsius et pecora ac om-
nium suarum gregem in eadem hereditate Kelczewo sub
proprio pastore extra gregem kmethonum comunem pascere,
habere et servare, sine tamen pratorum et frumentorum
kmethonum dispendio atque dampno. In cuius rei testi-
monium nostrum et prefati capituli nostri sigilla sunt
appensa. Actum et datum Poznanie feria secunda infra
octavas sancti Martini, anno Domini millesimo quadrin-
gentesimo quadragesimo sexto. Presentibus ibidem venera-
bilibus et honorabilibus dominis prelatis et canonicis eccle-
sie nostre Poznaniensis, ad sonitum campane capitula-
riter congregatis, videlicet Mischota preposito, Mathia
Dria decano, Nicolao de Glamboczecz archidiacono, Pe-
tro de Pnewi cantore, Nicolao de Sobolha custode, Sla-
wnik cancellario, Iacobo de Prasmowo Srzemensi, Iohan-
ne de Drzewicza Warschoviensi archidiaconis, Hectore, Ia-
cobo de Czyganowo, Clemente de Drzewicza, Iaroslao de

./.

Cancellario, Jacobo Grandzsky, Johanne de Nyewyesch, Ni„
colao de Bithim, Mathia de Croszino, Wladislao de
Tarnowo, Sbilio de Vrbanowo, Johanne de Czacz, Sandi„
uogio de Sobotha, Jacobo de Ssoly, Nicolao de Nyewyesc[h]
Johanne de Poposowo, et Stephano de Chibi, testibus circa
premissa.

Transivit per manus Slawnyk cancellarij ecclesie Pozna„
niensis.

|: Na odwrotnej stronie :|

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, die Martis, quar„
tadecima mensis Aprilis, Posnanie in curia episcopali, coram re„
uerendo in Christo patre et domino, domino Joanne Lubranski Dei
gracia episcopo Posnaniensi, presens priuilegium sultecie in Kelcze„
wo per honestam Katherinam Loduygowa sultetissam oblatum et
per eandem Loduygowa in presencia Laurencij laici et Alberti cle„
rici, necnon Katherine consortis prouidi Martini Coszczyescha, ci„
uis et sartoris Posnaniensis, filie et filiorum suorum, ibidem ex„
presse consencientium, ipso eciam Martino Coszczyescha presente et
simul cum sua vxore consenciente, resignacio eiusdem sultecie ca„
pitulo ecclesie cathedralis Posnaniensis facta. De qua resignacione
venerabilis dominus Sigismundus de Camyenyecz canonicus et pro„
curator eiusdem capituli Posnaniensis, postquam fuit per memora„
tum reuerendissimum dominum episcopum admissa, protestatus est
et protestabatur expresse. Presentibus ibidem honorabilibus et nobili„
bus viris: Nicolao Pothoczki, Nicolao Thomyczki, Thoma Zbir„
kowsky, Laurencio Cobyelyczky, Jaroslao Swyanthoslawsky, plebano
in Lubothin et Joanne de Thulyszkowo vicario perpetuo ecclesie
cathedralis Posnaniensis, testibus circa premissa. Jacobus de

Obornicki notariusz etc.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum Kapituły Katedralnej poznańskiej, opatrzony jest dwiema pieczęciami ze zwyczajnego wosku. Pierwsza okrągła, na płowym jedwabnym sznurku zawieszona, wyobraża Matkę Boską z dzieciątkiem w siedzącej postawie; po jej bokach dwóch świętych w stojącej postawie; u nóg jej po stronie prawej klęczy biskup ze złożonemi do modlitwy rękoma. U podnóża tarcza z herbem Łodzią. Wokoło na wstędze napis:

sigillum ≀ andreas ≀ dei gracia ≀ episcopus ≀ poznaniensis ≀

Na odwrociu mała okrągła pieczątka z wosku czerwonego, wyobraża tarczę z herbem Łodzią przez dwóch świętych trzymaną. Napis otokowy nieczytelny.

Druga pieczęć podługowata, zawieszona na sznurku z niebieskiego jedwabiu, jest najstarszą pieczęcią Kapituły Katedralnej poznańskiej.

Własność Kapituły Kaliskiej

1

R. 1446. [6. VIII, Uniejów.]

In nomine Domini Amen. Nos Vincentius Dei gratia Sancte Ecclesie Gneznensis Archiepiscopus et Primas. Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quod quamvis ex iniuncto nobis divinitus officio pastorali omnes viros Ecclesiasticos diligamus, eis tamen specialius inclinamur, qui sub quadam regulatione vite et morum salubrem vitam ducunt, et donis spiritualibus eos prosequimur. Sane ad nostram accedens presentiam honorabilis Paulus de Stawischin Artium liberalium Baccalareus, Mansionarius et Altarista Ecclesie Collegiate Sancte Marie in Caliszs nostre diocesis, certa statuta fraternitatis et ordinationes per precentorem et mansionarios totamque ipsorum Communitatem, voto et consensu unanimi conscripta et confecta, per eosque aliquamdiu tenta, observata et habita nobis exhibuit, quarum tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis: Pro regulatione vite morum et status tocius Communitatis nostre, Nos precentor et mansionarii Ecclesie Collegiate Sancte Marie in Calisss, statuimus et laudamus quod secreta Communitatis Mansionariorum capitulatiter fieri consueta quispiam frater nostre Communitatis, non audeat revelare alicui persone amicabili vel hostili sub pena prestiti iuramenti. Item statuimus, quod quilibet frater nostre Communitatis ad quamcunque devenerit dignitatem ecclesiasticam, iuxta posse suum teneatur promovere dictam nostre Communitatis mansionariorum fraternitatem. Item statuimus, quod nullus mansionarius fraternitatis nostre audeat

aliquem de fratribus nostris vel aliquos coniunctim vel divisim aliquo iure vexare, seu quovismodo molestare pro suis iniuriis, nisi prius propositione facta coram precentore et fratribus, sibi de iusticia prestanda sub pena sex grossorum. Item statuimus, quod quilibet fratrum pro bono Communitatis mansionarie requisitus ac deputatus teneatur omni occasione proculmota esse paratus et promptus ad equitandum, stante sua sanitate et possibilitate ad hoc negotium, cui fratres componant pro expensis, sibi et equo, iuxtaque possibilitatem provideant, sub pena sex grossorum. Item statuimus, quod quilibet frater novus precentor, aut mansionarius post assecutionem precentorie, aut mansionarie, et post suam institutionem ad eandem precentoriam aut mansionariam, sive per cessum sive decessum, pro structura et reformatione domus reponat unam marcam infra tres menses et pro salute illorum, qui suis impensis, sumptibus et diligentia domum construxerunt et edificarunt, compleat Tricesimam per se vel per alium pro animabus ipsorum infra dictos tres menses a die sue institutionis sub pena unius fertonis. Quam quidem domum construxerunt et propriis sumptibus edificarunt, videlicet Andreas ~~Renis~~ Renis de Calisz, precentor, Paulus Petri de Stawischin, Paulus Trolla de Calisz, artium baccalaureus, Nicolaus de Costrzin, Stanislaus de Colo in Brudzewo et Nicolaus de Tursko in Brzesije plebani tunc ecclesie Collegiate in Calisz mansionarii, eorum ad id diligentia et magnis sumptibus precedentibus, videlicet Anno Domini M° quadringentesimo quadragesimo secundo. Item statuimus, quod anniversarium ~~semper~~ semel in anno una dierum, videlicet

feria sexta prima post festum Sancti Michaelis celebretur per precentorem et mansionarios vel eorum substitutos taliter, quod loco Misse Beate Virginis quam cantare consweverunt mansionarii ipsi cantabunt Requiem voce sonora ad laudem Dei et totius celestis Ierarchie pro salute Venerabilis domini Mathie Colo, professoris Sacre Theologie, licenciatique in decretis, Custodis Scarbimiriensis Collegiate et Canonici Cathedralis Poznaniensis Ecclesiarum, primi et principalis fundatoris et dotatoris mansionarie Calisiensis, ac pro salute honorabilis domini Symonis Canonici Calisiensis, qui de suis bonis unum mansionarium fundavit et dotavit, eiusdemque sue mansionarie pro universitate mansionariorum Iuspatronatus perpetuo incorporavit. Ac pro constructoribus domus et alijs fratribus defunctis ac etiam pro dominis Thoma Braseatore et Dorothea consorte eius, civibus Calisiensibus, qui dederunt et suis sumptibus comparaverunt calicem bonum deauratum pro mansionaria, necnon pro alijs benefactoribus, Vigilijs ante hoc tempore congruo novem lectionum peractis. Quibus quidem Vigilijs et misse precentor et mansionarii, quilibet per se, aut eorum substitutus, tenebuntur interesse, ac eadem decantare sub pena sex grossorum. Item statuimus, quod omnes misse beate Virginis vel pro defunctis Requiem in Choro in summo Altari per mansionarios decantentur. Et similiter hore de Beata Virgine in una parte Chori in formis una medietas et alia parte chori alia medietas mansionariorum peragantur more consweto. Et quod negligens missam cantare circa aram solvat unum grossum et similiter negligens incipere seu intonare matutinas et alias horas

a matutinis unum quadrantem et a qualibet horarum solvat per unum denarium. Et nihilominus fratres sequentes officia eorum implere tenentur sic, quod nulla negligentia in Ecclesia committatur sub eisdem penis. Item statuimus, quod precentor cum mansionarijs aut eorum substitutis cum corpore Dominico ad fratrem infirmum in processione conveniant et quod corpus fratris defuncti decenter ad ecclesiam ad sepeliendum fratres conducant et unam missam quilibet per se vel per alium legat pro anima mansionarii fratris defuncti ipso die, quo sepelitur sub pena duorum grossorum. Item statuimus, ne aliquis fratrum mansionariorum audeat recedere a loco absque licentia precentoris vel in sui absentia fratris alterius ad id per precentorem deputati sub pena unius grossi, et quod quilibet negligens matutinas quadrantem solvat, negligens vero primam, tertiam, sextam et nonam ac completorium a qualibet horarum per unum denarium et a Vesperis duos denarios, negligens vero missam solvat duos quadrantes, recedensque de loco et substitutum locans sine licentia precentoris, penas solvat tanquam omnia divina negligeret, et acsi nullum locaret substitutum, et quod mansionarii in officiis mansionarie et Domino precentori obediant et alios substitutos loco ipsorum non ponant nec substituant, nisi de licentia precentoris sub pena acsi non cantaret seu cantare negligerent. Item statuimus, quod precentor et quilibet fratrum mansionarius pro structura et Emenda domus ad festum quodlibet sancti Nicolai singulis annis reponeret per sex grossos, et quod ladula communitatis sub duabus seris habeatur, in qua littere, privilegia

et alia munimenta mansionarie ac pecunie omnes tam de compositione quam de penis et quocunque provenientes, pro utilitate mansionarie congregabuntur, quodque precentor unam clavem et aliam alius frater deputatus habeant, quod precentor cum eodem fratre pecunias debitas exigere dẽt et providere ne domus destruatur et quod de perceptis et expositis singulis annis in crastino sancti Nicolai faciant fratribus rationem. Post quorum quidem statutorum exhibitionem et receptionem ipse dominus Paulus mansionarius suo ac totius Communitatis predicte nominibus ipsam instanter admitti approbari et ratificari petivit. Nos vero huiusmodi petitioni, tanquam rationi consone annuentes, dictis statutis diligenter auscultatis et recensitis reperimus nullipiam persone spirituali aut seculari derogancia ipsamque in omnibus ipsorum punctis, clausulis, articulis, ꝛcalis . duximus admittenda approbanda et ratificanda admittimusque, approbamus et ratificamus in Dei nomine per presentes decernentes eadem robur optinere perpetue firmitatis, volentes nihilominus, quod quociescunque aliquis dictorum fratrum Collegii mansionariorum temeritate propria et non ex levitate humana statuta huiusmodi contemnendo, penas in eisdem contentas solvere contempserit, talis a voce capituli et loco ac refectionibus cottidianis alienetur et segregetur careatque tamdiu donec condignam per precentorem et mansionarios sibi impositam punitionem compleverit, qui si premissam penam implere pertinaciter noluerit, talis a dictis distributionibus cottidianis, voce in Capitulo per tres menses per ipsum precentorem et mansionarios auctoritate presentium suspendatur

et ut ipsi precentor et mansionarii sancte Marie in Calisz prefati donis salutaribus refecti dictas vigilias et missas fraternitatis ipsorum propensius peragere valeant, ac populus Xpianus ad interessendum eisdem devotius ametur , omnibus vere penitentibus, confessis et communicatis, qui solempnibus missarum dicte fraternitatis seu etiam Exequiis celebrandis interfuerint, easdem celebraverint, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxamus et concedimus temporibus perpetuo duraturis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Unyeow sabbato proximo post festum Sancti Dominici Confessoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. Presentibus Venerabilibus viris dominis Thoma de Strzampino, Sacre Theologie professore, Scolastico Gneznensis et Canonico Cracoviensis ecclesiarum, Nicolao de Calisz, Vicario in spiritualibus et Officiali Gneznensi Generali, Decretorum Doctoribus et Nicolao de Kyelkowicze, baccalaureo in decretis, Decano lanciciensi, Curie nostre Cancellario, testibus circa premissa.

—

Pozostał tylko sznurek jedwabny i pochwa skorzana, w której pieczęć była zaszyta.

—

Własność Kollegjaty Kaliskiej.

R. 1446. [29. IV. - Gneznae.]

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus de Calis, Decretorum Doctor, Reverendissimique in Christo Patris et Domini, Domini Vincentii Dei gratia sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopi et Primatis, Vicarius in spiritualibus et Officialis Gneznensis Generalis, ad perpetuam rei memoriam. Cum secundum iuris tam canonum quam civilis sententiam, magnopere curandum sit magistratibus et qui cunctis, qui iudiciariam tenent potestatem providere, ne cuipiam deperead probatio aut eius rei cesset notitia, que futuris quomodolibet et presentibus foret oportuna, libenter profecto talibus negotiis et gestis auctoritatem ordinariam, qua fungimur impertimur, que pro bene gerendis rebus humanis aut pro dirigendo statu spiritualium personarum, a principibus seculi tam oportune quam sancte provisa sunt, edita, concessa et decreta. provide quos presens etas continet comprehendetque futura, cunctis presentium serie declaramus, quod ad honorabilis domini Andree Renis, artium liberalium baccalaurei, precentoris, mansionarii ecclesie Collegiate Sancte Marie Calischiensis instantem petitionem per nostras certi tenoris citationum litteras, omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes, sive quos presens et infrascriptum tangit vel quomodolibet tangere videtur negotium ad videndum et audiendum privilegia duo, unum sub Reverendissimi Patris olim domini Johannis Archiepiscopi Gneznensis, et aliud sub providorum consulum civitatis Calischiensis tytulis et sigillis communitum coram

nobis producenda, transsumi, transcribi, transexemplari et in publicam transsumpti formam redigi necnon produci, recipi, admitti et iurari nonnullos testes fidedignos super recognitione sigillorum dictis privilegiis appensorum vel ad dicendum et causas rationales, si quas haberent, cur et quare premissa minime fieri debeant, allegandas in valvis sive portis Ecclesie metropolitane Gneznensis predicte, ad instar Edictorum publicorum citari fecimus et evocari ad certam peremptorium terminum competentem. Quo termino adveniente comparens iudicialiter coram nobis prefatus dominus Andreas Renis citatione per edictum, ut premittitur, decreta, in dictis portis sive valvis debite executa, facto et in scriptis reproducta, citatorum in eadem contentorum non comparentium, neque huiusmodi termino in aliquo satisfacere curantium contumaciam accusavit. Ipsosque contumaces reputari petivit et in eorum contumaciam huiusmodi privilegia facto et in scriptis exhibuit atque produxit, petens eadem transsumi, transcribi, transexemplari et in publicam transsumpti formam redigi cum interpositione decreti. Quorum quidem privilegiorum tenores de verbo ad verbum secuntur et sunt tales: Nos Johannes, dei gratia sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopus notum facimus, quibus expedit universis, quod constituti nostri in presentia honesti viri domini Mathias Bochensky, proconsul, Nicolaus Flokinsky, Paulus pellifex et Andreas Pyszrich, consules civitatis Calisiensis deliberantes et intendentes fundare et dotare Altare in ecclesia Beate Virginis in Calis nostre dyocesis cum auxilio et consensu honorabilis viri Domini Clementis de Mechnicz Canonici Gneznensis et

Archidiaconi Calischiensis dictum altare dotandum pro altari et ministro ipsius altaris, qui pro tempore fuerit sex marcas grossorum pragensium polonici pagamenti in et de omnibus bonis et redditibus ipsorum consulum . . . . . civitatis predicte presentibus et futuris nomine dicti domini Clementis, consulum et universitatis predicte civitatis a dicto Archidiacono receptas per eosdem consules ut recognovit . . . . . . . . summis iusti valoris ratione redditum Altaris huiusmodi et redditibus eiusdem solvendas et dandas. perpetuo ministro predicti altaris nominaverunt et assignaverunt, quem quidem censum predicto altari et eius ministro, qui pro tempore fuerit, annis singulis et perpetuis temporibus ad solvendum coram nobis dicti proconsul et consules se et suos successores sub pena censure ecclesiastice obligaverunt spontanea voluntate suoque et dicti domini Clementis predicti nominibus ministrum videlicet Andream de Groszina presbiterum curatum dyocesis, exnunc confirmandum ad dictum altare, nichilominus presentando tantummodo subscripto, videlicet, quod dictus Andreas et quilibet eius successor ad minus tres missas in qualibet ebdomada per se celebrare debeat. humiliter et devote et circa dictum altare residentiam facere personalem. Cui Andree vel alicui successorum suorum, si de alio beneficio ecclesiastico meliori fuerit provisum, extunc habita alterius beneficii melioris possessione corporali, reali ac pacifica dictus Andreas vel eius successor dictum altare dimittere tenebitur et ei absque difficultate renuntiare expresse, quodque Iuspatronatus et presentandi ministrum predicti altaris in antea perpetuis temporibus

ad proconsulem et consules nomine tocius universitatis Calischiensis civitatis solos in solidum libere pertinebit. Que omnia et singula predicta domini consules prefati domini Clementis fundatoris seu dotatoris huiusmodi altaris et eorum nominibus, a nobis confirmari cum instantia petiverunt. Nos vero augmentum divini cultus et salutem animarum ingenti desiderio et affectu zelantes et premissa iusta et rationabilia estimantes sex marcas perpetui census in et de omnibus bonis, censibus et redditibus consulum et universitatis in Calis predicte nunc ad eos pertinentibus vel que eis in posterum iuste et rationabiliter fuerint acquisita predicto altari et eius ministris annis singulis et perpetuis temporibus predictos dominos consules et eorum quoslibet successores solvendas sub pena censure ecclesiastice iusta submissionem predictorum consulum presentibus ex certa scientia nostra et auctoritate ordinaria ascribimus et incorporamus aliaque omnia et singula predicta ratificamus, approbamus et confirmamus perpetue duraturis. In quorum fidem et testimonium omnium premissorum presentes litteras scribi nostrique sigilli appensione fecimus roborari. Actum et datum in Crolikowo in domo Clementis scolteti nostre dyocesis, decima nona die mensis Decembris, anno
[1379 29 XII.] Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus venerabili fratre nostro domino Andrea Episcopo Ecretensi ac honorabilibus, nobilibusque et discretis viris dominis Vincentyo Unyeowiensi, Boguslao Rudensi prepositis, Preczlao palatino, Derslao Subdapifero Calischiensibus, Martino Canonico lanciciensi, per cuius manus hoc privilegium est scriptum et Nicolao plebano in Kosczelecz

testibus ad premissa alysque multis fidedignis. Cui quidem littere si-
gillum oblonge figure in toto de alba et communi cera in zona seu filis
sericeis viridis in toto coloris fuit appensum. In cuius sigilli medio due
imagines, una in medio sigilli sedens sub cimborio pontificalibus induta
manu dextra ad benedicendum disposita, in sinistra vero baculum
pastoralem cruce in superficie deferentem et sub ista ymagine alia
ymago minor similiter pontificalibus induta, quasi flectens crucem
in manibus gestans et ex cuius utraque parte duo clipei sculpti, in
quibus arma de domo Grzimala apparebant, littere vero circumferen-
cialiter sculpte textuales legebantur in hunc modum: S. Johannis
dei gratia in una parte ymaginum et in alia parte Archiepiscopi
Gneznensis. Aliud privilegium. Nos subnotati Mathias de Bochna, pro-
consul Nicolaus Flokinsky, Andreas Arnuldi, Petrus Bursatoris, Paulus
pellificis Consules Calischienses presentium tenore universis publi-
ce profitemur, quod usi consilio et voluntate seniorum ac commu-
nitatis nostre civitatis nomine nostro et omnium in Consilio Civi-
tatis nostre succedentium Consulum futurorum, rite et rationabiliter
vendidimus propter nostre melius civitatis de mensa nostra Consula-
tus occasione altaris in ecclesia beate Marie Virginis in Calis perpetue
fundandi ac dotandi in quocunque loco congruo eiusdem ecclesie va-
luit. Reverendo viro domino Clementi, Archidiacono Calischiensi sex
marcarum redditus annuos ad perpetuos suo altariste, cui illud altare
conferet singulis annis eternaliter et perpetue persolvendas ipsi sin-
gulis quatuor temporibus anni marcam cum dimidia grossorum
pragensium aut pecunie dative polonicalis numeri censualiter e-

eternaliterque soluturi, pro centum marcis grossorum Pragensium jam integraliter perceptis et in usus ac utilitates nostre civitatis impensis ac conversis, quod altare predictus dominus Clemens Archidiaconus conferat ad tempora vite sue cui voluerit. Nos vero consules dicte dicte civitatis Caluschiensis, qui sumus actu aut erimus in futuro idem altare post obitum domini Clementis supradicti cuicunque voluerimus ydonee persone eternaliter conferemus ita ut nullus Archidiaconorum dominum Clementem sequentium aut ipsi in Archidiaconatum succedentium aliquam iurisdictionem seu ius habeat aut respectum ad eiusdem altaris collationem, sed ipsum altare absque omni impedimento eternaliter post obitum domini Clementis predicti per nos consules civitatis predicte conferatur. In robur ac testimonium premissorum nostre civitatis maius sigillum presentibus est appensum. Datum in Calis Anno domini
[1379, 10.III.] millesimo trecentesimo septuagesimo nono feria quinta post dominicam quadragesimalem Reminiscere etc. Cui quidem littere sigillum rotunde figure in toto de alba et communi cera fuit appensum In cuius sigilli medio ymago quasi supra murum stans inter duas turres manu dextra se suppodiendo.., sinistram vero elevans et in ea corneam tubam ori appositam ad canendum dispositam gestans, apparebat, littere vero circumferencialiter sculpte capitales legi cernebantur in hunc modum, litteris capitalibus cruce premissa. Sigillum civitatis Kalis et supra tubam stella apparebat. Post quorum quidem productionem et per nos receptionem ac coram nobis iudicio pro tribunali in publica audientia Consistorii

nostri Gneznensis presidens prefatus dominus Andreas Renis precentor Calischiensis dicta citatione, ut prefertur executa, verbo repetita dictorumque citatorum contumacia accusata in eorum contumaciam nonnullos testes fidedignos de mandato nostro et ad ipsius domini Andree Renis instantiam per Cursorem Consistorii nostri Gneznensis et Notarium iuratum, citatos coram nobis ad iurandum de perhibendo testimonio veritati super recognitione sigillorum prescriptis privilegijs appensorum exhibuit atque produxit, quos admitti eorumque iuramenta recipi et super huiusmodi recognitione interrogari et examinari per Nos debita cum instantia postulavit. Qui quidem testes per nos admissi visis primitus et diligenter inspectis sigillis in ipsis privilegijs appensis medys ipsorum iuramentis per eos successive ad mandatum nostrum et in manibus nostris corporaliter tactis scripturis sacrosanctis ad Sancta Dei Ewangelia prestitis dixerunt et quilibet eorum dixit huiusmodi sigilla eisdem privilegio appensa et apposita esse illorum, quorum esse dicuntur, prout et in veritate fuerunt. Nos vero Nicolaus de Calis Vicarius et Officialis memoratus dictis citatis contumacibus reputatis et ipsis sigillis sufficienter pro recognitis habitis, attendentes, quod iusta petentibus assensus non est denegandus huiusmodi privilegia transsumpsimus, transscripsimus, transexemplavimus, transsumique, transscribi, transexemplari et in publicam transsumpti formam redigi mandavimus, etiam transsumimus, transexemplamus, transscribimusque invocato Christi nomine in hijs scriptis interponentes exnunc et inantea auctoritate ordinaria, qua fungimur in hac parte, decre-

tum nostrum ordinarium sepedictis privilegijs decernentesque, quod presenti littere transsumpti in iudicio et extra ac ubique locorum tanquam vero originali stetur fidesque plenaria adhibeatur temporibus eviternis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi transsumptum in se continentes sive continens exinde fieri et per Notarium nostrum coram nobis causarum factique presentis scribam infrascriptum scribi, subscribi et publicari mandavimus, nostrique Vicariatus sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum Gnezne in domo habitationis nostre in Curia Archiepiscopali in Summo Gneznensi sita, nobis ibidem hora tertiarum et Consistorii nostri ad Iura reddenda et causas audiendas in loco nostro solito et consueto pro tribunali presidentibus. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, Indictione nona, sacro Basiliensi Concilio in Spiritu sancto legitime congregato, universalem ecclesiam representante, die vero Veneris, penultima mensis Aprilis. Presentibus Venerabilibus, honorabilibus et discretis viris dominis ~~Jacobo~~ de Dambno, decano, Johanne de Brzesthkowo, Johanne de Koszyebrodi, Cancellario ecclesie Gneznensis, Johanne in Mokronos, Petro in Blizanowo, Michaele in ... ... Nicolao in Oczeszye parochialium ecclesiarum Rectoribus, Paulo de Stanischin, Stanislao de Calis, Notario peregrino de ~~Pew~~ Pampicze, Alberto Romano, Paulo Apostolo et Petro de Brin

procuratoribus causarum Consistorii nostri Gnesnensis testibus ad premissa.

Znak Notaryusza.

Et ego Iohannes Nicolai de Stadnyky, Clericus Cracoviensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate Notarius et coram Venerabili viro Domino Nicolao de Calis, decretorum Doctore, Vicarioque in Spiritualibus et Officiali generali memorato, causarum in Consistorio Gnesnensi scriba. Omnia predictis privilegiorum exhibitioni et earum transsumpto petitioni et eius decreto, alijsque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo presentes transsumpti litteras sive presens publicum instrumentum in se continentes sive continens, manu propria scriptas exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli vicariatus Gnesnensis de prelibati Venerabilis et egregij viri domini Nicolai de Calis Vicarii et Officialis Gnesnensis mandato consignavi et communivi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

---

Zachowały się tylko sznurki. – Kilka wyrazów brak bo wydarte lub wył. zatarte.

Kalisz 16/1 04

X. J. Sobczyński

promotoribus causarum Consistorii nostri Premisliensis testibus ad premissa.

Et ego Iohannes Nicolai de Stadnyky Clericus Premisliensis diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius et coram Venerabili viro Domino Nicolao de Cobilo [illegible] decretorum doctore Vicarioque in Spiritualibus et Officiali generali memorato, causarum in Consistorio Premisliensi scriba. Quia predictis privilegiorum exhibitioni et eorum transumpto petitioni et eius decreto aliisque omnibus et singulis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo presentes transumpti litteras sive presens publicum instrumentum in se continentes sive continens, manu propria scriptas exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli [illegible] Premisliensis de voluntate Venerabilis et egregii viri domini Nicolai de Cobilo Vicarii et Officialis Premisliensis mandato consignavi et communivi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

[illegible] Notarius.

[illegible]

[illegible] K. J. [illegible]

1446 64
obl. 50 f.
925. Crac.
[S.X, Szidzina.]

Nota seu descriptio ~~ville~~ limitum ville Szidzina a villis infrascriptis predicte ville Szidzina adiacentibus ex conti-guis per magnificum Petrum Safraniecz de Pieskowa Skała, succamerarium Cracoviensem exacte diligenterque descriptorum et nota-torum atque ita ut notatum et descri-ptum est ac prout solus praedictam sortem ville Szidzine tenuit habuit et possedit venerabili domino Jacobo de Zaborow, Decretorum Doctori, Canonico Cracoviensi sortis predicte ville emptori data et porrecta. Inprimis bona predi-cte ville Szidzina a villa regia Skotniki distinguunt et limitant pascua magna communia et collis vulgariter dictus Maćkowska, a villa Cobierzyn certi quidem et conspicui lapides in terram infixi, ac virgulta in certis quibusdam aquis et aque rivulis crescentia ex apparentia notabiliter autem pratum dictum Hi-gowka, ad predictam villam Szidzina pertinens; a villa Opatkowicze fovea certa singulariter conspicua et meatus (?) aque per modum rivuli decurrens a villa Lubierthów alta seu profunda eademque naturalis ac valde notabilis fossa vulga-riter dicta głeboki et dlugi potok et duo prata Stutowka et Wiszniewka ad pre-dictam villam Szidzina pertinentia et spectantia, a Brzyżynka nizna pre-dicta bona ville Szidzina limitat via

plana, antiqua, communiter Kraj-
zowa appellata, qua iter de Lubier-
skow ad silvam Wąsosze et
equa insuper via sylva Szidzinska nun-
cupata a sylva ex mericis alias ad
Dąbno (?) dicte ville Brzychynka uiżna
distinguitur et separatur, a villa Ko-
rabnitzi rivulus medius aque sub syl-
va Wąsosze defluens atque inde ulte-
rius usque ad metas et limites partis
alterius medie ville predicte Sidzina,
que pars conventus Thynecensis est,
procedendo predicta sors ville Venerabili
Domino Jacobo de Zaborow vendita se-
paratur et distinguitur. Haec igitur
signa et metas granicierum per me
Petrum Safraniecz succamerarium
Cracoviensem diligenter vereque facta, de-
scripta et notata prefato venerabili do-
mino Jacobo de Zaborow, decretorum
doctori, canonico Cracoviensi predicte
sortis emptori ad manus eius proprias
ob perpetuam rei memoriam dedi et
tradidi. Actum in Szidzina feria
quarta post festum sancti Michaelis
Archangeli proxima anno domini mil-
lesimo quadringentesimo quadragesimo
sexto presentibus venerabilibus et nobi-
libus, Joanne Dlugosz, custode Visli-
ciensi, Jacobo de Sienno, Jacobo de Zabo-
row, predicte sortis ~~emptoris~~ ville Szidzi-
na medie emptoris Canonicis Cracovien-

65

sibus, Przypkone de Poremba, Spytkone de Zasowicze heredibus aliisque pluribus fide dignis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.


1446. die 7. m. Decembris, in Opatów.

Nemerza de Boslów Mathiae abbati monasterii de Calvo Monte prata quaedam XXIII marcis vendit.

R. Nos Petrus de Weschmunthow iudex et Nicolaus de Janchow sub„ iudex terre Sandomiriensis generalis, significamus . . . . quomodo . . . . nobilis Nemerza de Boslow heres . . . . . recognouit vendidisse perpe„ tualiter prata iacencia inter fluuium dictum Dembnica et inter heredi„ tatem Bielowska[†], qui fluuius currit a Teziordo . . . . . venerabili do„ mino Mathie abbati monastery sancte Crucis Calui Montis et suo con„ uentui pro viginti et tribus marcis pecunie communis, et medietatem eo„ rundem pratorum idem Nemerza dedit perpetualiter et contulit monaste„ rio predicto sancte Crucis propter Deum . . . . et memoratus Nemerza debet tueri et intercedere prefatum dominum abbatem et eius conuentum a qualibet persona iuxta iuris formam, secundum quod ad quemlibet personam pertinet prescripcio . . . . Datum in Opathow feria quinta in vigilia Concepcionis sancte Marie virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. Presentibus his dominis: Nicolao de Bielcza, Iohanne de Myedzygorze, Iohanne de Buszkowice, Nico„ lao de Mydlowice, Iohanne de Woyciechowice, Iohanne Janka de Miculowice, Petro de ibidem et alijs quamplurimis fidedignis.

Teka Naruszewicza 18 N. 22 z Archiwum klasztoru Łysogórskiego.

[1]) Boslów, wieś w woj. sandomirskiem, pow. opatowskim, par. Swiętomarz.



Pontificalium usus abbatibus huius domus conceditur.

Sacrosancta generalis sinodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans dilecto (sic) ecclesie filiis Nicolao abbati× et conventui monasterii Coprounicie Cisterciensis ordinis Cracov. diocesis salutem et omnipotens dei ben~~diccionem~~ devocionis representans et fidei quam ad nos et universalem ecclesiam geritis, exposcit integritas, religionisque nostre promeretur honestas ut tam vos ~~quod~~ quos speciali dileccione prosequimur, quam monasterium vestrum, quod, ut accepimus, inter cetera parcium illarum monasteria notabile plurimum et insigne existit dignis× honoribus attollamus, hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, ut tu abbas et successores tui, qui pro tempore dicti monasterii abbates fuerint mitra et aliis pontificalibus insigniis libere uti, nec non in dicto et aliis ab eodem dependentibus et eidem dependentibus subiectis monasteriis sive prioratibus ecclesiis quoque× ad vos comuniter vel divisim pertinentibus quavis vobis pleno iure

na marg. Nicolaus dictus Groth abbas Cracovita

dwa razy

q3

non subsint benediccionem solemnem post missarum vesperorum et matutinorum solemna dummodo in benediccione huiusmodi aliquis antistes vel sedis apostolice llegatus (sic) presens non fuerit elargiri; vestes eciam ~~et~~ ac alia ornamenta sacerdotalia pro usu duntaxat dicti nostri monasterii Clare provincie benedicere possitis felicis recordacionis

quinti? qua Alexandri pape quarti x que incipit: abbates, et aliis quibuscunque apostolicis in contrarium editis constitucionibus nequaquam obstantibus, tibi Nicolao et eisdem successoribus tuis abbatibus auctoritate universalis ecclesie, de speciali gracia tenore presencium indulgemus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et universalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee XIII kalendas Junii anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

Kopia z hod. Koprz p. 196-197.

1447, 26 czerwca.

~~1447, 26~~
~~26. Junii~~

Jędrzej, biskup poznański, nadaje 40 dni odpustu do ołtarza przez Katarzynę Michałowską w kościele XX. Dominikanów fundowanego. – Z oryginału.

In nomine Domini. Amen. Andreas Dei gratia episcopus Poznaniensis, universis Christifidelibus praesentes nostras literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Opera pietatis, praecipue ad laudem omnipotentis Dei facta, communibus necesse est Christifidelium promoveri orationum suffragiis, ut exinde optatis clementiae Divinae, quae nullum opus bonum sinit irremuneratum, non frustrentur rependiis. Cum itaque Generosa et Nobilis Domina Katherina, relicta olim Magnifici domini Nicolai de Michalow, Castellani Cracoviensis, pio devotionis mota zelo, altare in ecclesia monasterii sanctae Trinitatis in Cracovia et in choro eiusdem ecclesiae in sinistra manu, ad honorem omnipotentis Dei, sancti Stanislai, sanctae Katherinae ac aliorum sanctorum de bonis a Deo sibi collatis fundavit, ut igitur pro tam pio tamque salubri ope(re) non sit exsors praemii aeterni, ideo omnibus et singulis Christifidelibus

/.

sexus utriusque, contritis tamen et confessis, qui coram dicto altari flexis genibus unum Pater noster et Ave Maria ac Symbolum devote, pro corporis incolumitate, ac animae salute memoratae Dominae Katherinae, dicti altaris fundatricis, dixerint, ipsis et eorum cuilibet seorsum, totiens, quotiens id fecerint, de omnipotentis ~~dei~~ Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis ipsis paenitenciis misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus perpetuo valituris. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae, die Lunae vicesima sexta mensis Junii, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo. –

Dokument pergaminowy, pieczęć odpadła.

~~Pierwopis na pergaminie obejmuje wiersz 12. na pergam. rzemyku wisi … wany woreczek lecz pieczęci w nim nie ma~~

1447, dnia 11 lipca w Krakowie.

In nomine domini Amen. Iohannes de Elgoth Decretorum Doctor Scholasticus et Canonicus Cracouiensis Vicariusque in Spiritualibus Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Domini Sbignei Dei gracia Episcopi Cracouiensis generalis. Ad rei memoriam sempiternam. Cum secundum tam Canonici quam Ciuilis Sentenciam (s) magnopere curandum sit magistratibus et cunctis qui iudiciariam retinent potestatem, ne cuipiam necessaria depereat probacio, aut eius rei cesset noticia, que futuris foret oportuna, libenter profecto talibus negocijs et gestis auctoritatem nostram impartimur, que pro bene gerendis rebus humanis a principibus seculi sunt concessa et decreta. Proinde nouerint vniuersi, ad quos presentes nostre peruenerint tam presentes, quam futuri, quomodo Nobilis Iohannes Zagorzynski procurator bonorum Venerabilis et religiose virginis Vichne Abbatisse et tocius Conuentus Monialium inclusarum monasterij sancti Andree in Cracouia coram nobis personaliter comparens, Citacione ad instanciam dicte Vichne Abbatisse et Conuentus Monasterij sancti Andree predicti contra et aduersus ~~xxx~~ omnes et singulos (qui) sua communiter vel diuisim quomodolibet interesse putant, per nos decreta ab auditorioque nostro legittime emanata ac debite execucioni de nostris voluntate et mandato in vim publici edicti per affixionem valuis Ecclesie maioris Cracouiensis, per certum executorem vt moris est demandata ad videndum et audiendum certas apostolicas Abbatissis et Conuentibus Monialium inclusarum sue ordinis Sancte Clare factas et concessas transsumpmi nostramque auctoritatem et decretum eisdem apponi in scriptis reproducta, tenens et habens suis in manibus huiusmodi literas apostolicas bullatas, sanas, saluas et integras, non viciatas, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes, facto coram nobis et notario publico infrascripto in Contumaciam citatorum non comparen-

cium [1] exhibuit et produxit. Quarum quidem litera-
rum Apostolicarum tenores sequuntur et sunt tales:
/: Tu następuje dokument papieża Bonifacego IX z d. 1 czerwca 1290 (N. 46) :/
Tenor alterius litere:
/: Tu następuje dokument papieża Mikołaja IV z d. 23 go sierpnia 1290 (N. 43) :/
Post quarum quidem litterarum Apostolicarum exhibicionem, presentacionem et recepcionem nobis sic vt premittitur et per nos factam, fuimus per prefatum Nobilem Iohannem procuratorem debita cum instancia requisiti, Quatenus easdem literas apostolicas certis de causis racionabilibus per eum tunc allegatis transsumeremus et transscribi exemplari in publicamque formam redegi cum nostri ap-posicione decreti mandaremus, pretactosque omnes et singulos citatos sua interesse putantes contumaces prout merito erat iusticia exigente non comparentes reputaremus. Tandem nos Iohannes de Elgoth decretorum doctor Scholasticus vicariusque in spiritualibus memorata ad instantem peticionem et requisicionem prenominati Iohannis procuratoris omnes et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes citatos contumaces, prout merito erat iusticia exigente reputantes, easdem literas apostolicas In nomine Domini transsumendas duximus et presentis scripti patrocinio transsumimus et transscribimus, decernentes exnunc, quod huiusmodi transsumpto in antea in Iudicio et extra, vbi opus foret, plena et integra fides ac si ipse originales litere exhiberentur adhibeatur. Quibus omnibus et singulis nostram auctoritatem ordinariam, qua fungimur in robur perpetue firmitatis interposuimus et decretum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes nostras literas, siue presens publicum instrumentum huiusmodi transsumptum siue exemplar in se continentes siue continens exinde fieri et per Notarium publicum causarum et facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum exemplare transsumpsi subscribi et publicari nihil addendo aut minuendo quod facti mutaret substanciam aut variaret intellectum decreuimus ~~et~~ mandauimus, Nostrique appensione sigilli iussimus et fecimus communiri. Actum et Datum Cracouie in domo habitacionis

nostre, nobis mihi ¹) hora terciarum consueta ad iura reddenda, causas audiendi in loco nostro solito et consueto pro tribunali sedentibus, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Septimo, Indiccione decima, Sacro Concilio Basiliensi durante, die vero vndecima Mensis Julij, hora terciarum. Presentibus ibidem Venerabili et honorabilibus viris Dominis: Paulo de Zathor decretorum doctore Canonico Cracouiensi, Mathia de Milciow vicario canonicali, Mathia .... ²) Psalmista in Ecclesia Cracouiensi, Henrico de Strzelcze, Mathia de Poznania, Stanislao de Opol, Johanne de Znena Causarum Consistorij Cracouiensis procuratoribus, Nicolao de Stupiecz et Nicolao de Ilkusch testibus circa premissa.

(Z. N.) Et ego Georgius Alberti de Mchinicze Clericus Wratislauiensis Publicus imperiali auctoritate Nec non Venerabilis et Egregij viri Domini Johannis de Elgoth decretorum doctoris Scholastici et Canonici Cracouiensis, Vicarijque in Spiritualibus memorati Causarum Notarius et facti huiusmodi coram eo scriba, Quia predictis literarum citacionis reproduccioni et apostolicarum exhibicioni et presentacioni ac earundem transsumptionis peticioni et decreto Alijsque omnibus et singulis premissis, dum sic vt premittitur fierent et agerentur vna cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, Ideo presentes literas seu presens publicum instrumentum transsumptum huiusmodi in se continentes siue continens manu propria scriptum exinde confeci, Et in hanc publicam formam redegi nil addendo aut minuendo quod facti mutaret substanciam aut variaret (intellectum), Signo quoque et nomine meis solitis et consuetis vna cum appensione sigilli prefati Domini Johannis de Elgoth vicarij in Spiritualibus prelati et de eius speciali mandato consignaui Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał zaginął. Kopia powyższa wzięta z Księgi S. str. 97. Znak notaryalny przedstawia krzyż ozdobny na trzech stopniach. Na drugim stopniu napis: „Maria", na trzecim „Georgius". –

¹) może ma być inibi ²) ptio

(: Dr. iur. Studa :)

1447.

11/VIII

*)

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus de Kalisz, decretorum doctor reverendissimique in Christo patris et domini, domini Vincentii, Dei gratia sanctae ecclesiae gnesnensis archiepiscopi et primatis, vicarius in spiritualibus et officialis generalis, cunctis, quibus expedit notum facimus praesentium notitiam habituris, quomodo in nostra constitutus presentia venerabilis vir, dominus Joannes, artium liberalium magister, baccalaureus in decretis, prepositus Sti Joannis extra muros gnesnenses, ordinis domus sepulchri dominici sub regula sancti Augustini suo et totius conventus nominibus exhibitis quibusdam privilegiis, uno videlicet sub titulis et sigillis illustrium principum dominorum Przemisl et Boleslai, ducum Poloniae, alio sub titulo et sigillo magnifici domini Sandivogii de Ostrorog, palatini posnaniensis et capitanei maioris Poloniae generalis in pergameno scriptis tenoris infrascripti, ne quo casu movendo ad locum de loco et signanter ad faciendam fidem de contentis in eis, serenissimo principi et domino domino Casimiro Dei gratia regi Poloniae magnoque duci Lithvaniae ipsiusque consiliariis et officialibus per longam loci distantiam et viarum pericula deperdi, corrumpi vel violari viderentur, nobis humiliter supplicavit, qua-

*) Dokument ten jakotez powołane w nim przywileje z r 1253 i 1426, jako transumpt wyjęty z akt Konsystorza gnieźnień-

quatenus ipsa privilegia transumi, transcribi et in formam publicam redigi mandaremus cum interpositione authoritatis nostræ et decreti.

Nos vero petitionem dicti domini Joannis præpositi iustam et rationi consonam attendentes prædicta privilegia per Joannem, notarium publicum nostrumque et causarum coram nobis scribam transumi, transcribi et exemplari de verbo ad verbum fecimus, nihil addendo vel minuendo, quo facti substantiam immutaret aut variaret intellectum, appositis authoritate nostra pariter et decreto præsentibus reverendis et discretis viris dominis Joanne Romani, vicario et vicedecano ecclesiæ metropolitanæ gnesnensis, Paulo de Stawischin altarista calissiensi et rectore de Straschewo publico imperiali authoritate notario et aliis ~~et at~~ quam plurimis testibus rogatis ad præmissa.

Quorum quidem privilegiorum tenores sequuntur in hæc verba.

Tu następują powyżej zamieszczone pod A przywileje z r. 1253 i 1426 z opisami pieczęci tamże zamieszczonymi.

Zakończenie:

Quæ quidem sigilla dominorum Premisl et

---

stkiego podał do oblaty w piątek po Ś. Dorocie (       ) roku pańskiego 1766 X. Józef Fabiański z ordinis canonicorum regularium sacratissimi sepulchri conventus ad S. Hedwigim Kradumiæ siti sacræ theologiæ professor". —

Boleslai in toto de cammoni et alba cera rotundarum figurarum in zonis seu pensulis sericeis dicto privilegio fuerunt appensa.

In quorum omnium fidem et testimonium praemissorum praesens transsumptum Vicariatus nostri sigillum appendi iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Gnesnae die Lunae vicesima prima mensis Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, indictione decima, praesentibus quibus supra. Locus sigilli pensilis in cera.

Et quia ego Joannes Nicolai de Stadnilki, ecclesiae cracoviensis diaconus, publicus imperiali authoritate notarius et coram venerabili et egregio viro domino Nicolao de Kalisz, decretorum doctore vicarioque in spiritualibus et officiali generali praelibato, causarum in consistorio gnesnensi et facti huius modi scriba, quia praedictorum privilegiorum exhibitorum transsumpti petitioni et ipsius decreto aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut praemittitur, agerentur et fierent una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo praesens publicum instrumentum per me scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicamformam redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis una cum sigillo vicariatus de praefati venerabilis viri domini Nicolai de Kalisz vicarii in spiritualibus et officialis speciali mandato appendi, consignavi et communivi

munivi rogatus et requisitus in fidem et testimonium eiusdem et singulorum premissorum. Locus sigui notariatus.

Transivit per manus Pauli de Stawyschen, notarii consistorialis.

z ks. Oblat 199 str. 320–324.

27. 1448. [11.I, Nova Sandecz.] 73

Donatio partis praedii Podląze ab haerede Alberto de Wesolb 1448.

Procopius de Krużlowa capitaneus Sandecensis etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis, quomodo de anno MCCCCXL secundo, tempore tenute strenui Abrahae ~~ami~~ piae memoriae quondam de Woscicze in libro districtus Sandecensis iudiciali hanc inscriptionem invenimus contin~~entem~~ri talibus subverbis: Quomodo constitutus personaliter Nobilis Albertus de Wesolb omnem partiam suam in praedio Podlere, quam habuit ex paterna propinquitate, cess~~it~~it, resignavit et condescendit devotae virgini Cat~~h~~erinae moniali de antiqua Sadecz, sorori suae germanae, ut eadem virgo Caterina monialis, soror sua germana, dicto praedio Podlere utatur quamdudum vivit in humanis, omnes census pro se tolendo. Post mortem vero ipsius Caterinae virginis nominatum praedium Podlaze debet cedi et devolvi ad monasterium seu conventum in antiqua Sadecz perpetuis temporibus ob salutem animarum suorum successorum et praedecessorum, et hanc inscriptionem debent inducere et inscribere in provincialem librum districtus Sandecensis. Praesentibus hijs testibus, strenuis et nobilibus. Ven.[x)] de Bilsko, Petro de Gabarz[n], Petro Zelenski, Clemente scultato de Gostwica. Datum in nova Sadecz feria quinta proxima in crastino sancti Valentini confessoris, Anno Domini MCCCCXLVIII. Sigillo nostro praesentibus subappenso.

Z kopijarza klasztoru Panien Klarysek w Starym Sączu, karta 9. Oryginał opatrzony był wiszącą pieczęcią.

x) Ven.

niedruk. 31/VII Poznań -74-

1448. (niewam)

Noverint universi presentes et futuri quod ego Mathias heres in Jaroczno pub-
lice recognosco per presentes, quia recepi trecenta florenos hungaricales auri
puri iusti et veri ponderis apud Magnificum dnm petrum de Brin Castellanum
Gneznen. super hereditate Wyekowya et super medietatem ville uszczo-
nowo in spem reempcionis, quos trecenta florenos recipio et ad quinque
centa flor. quos generosus Wlodek de Donaborz capit. Naklen. recepit a-
put magnificum dnm petrum de Bryn Castellanum Gneznen. ad eandem
hereditates videlicet Wyekowya et medietatem ville uszczonowo eciam in spem
reempcionis, quos octingentos florenos debeo dare et solvere et mihi dum vo-
luero eximere predictas hereditates vid. Wylkowya et medietatem ville uszczo-
nowo, ita prout littera reempcionis domini petri Castel. Gnez. canit, et si-
militer prout litera resignatoria dni Mathie de Jaroczno canit. Insuper
ego Mathias de Jaroczno fideiubeo, quia predictas hereditates vid. Wylkowya
et medietatem ville uszczonowo debeo expedire et exbrigare a quolibet ho-
mine impediente ad tres annos a data litere resignatorie dni Capit.
Maioris polonie generali iuxta terrestrem consuetudinem. Si quod abs
absit, non fecero, quod predictas hereditates vidt. Wylkowya et medieta-
tem ville uszczonowo ad tres annos a data litere resignatorie dni
capitanei non expediero aut non exbrigavero, Extunc quodcunque dampnum
num magnum aut parvum inter celum et terram inter christianos
et Judeos ob non predictarum hereditatum expeditionem aut non exbri-
gationem perceperit fecerit habuit equitando citando legando Sit dampnum
non debet fore Strenui petri de Bryn Castel. Gnezn. aut suorum suc-
cessor. legitimorum sed meum Mathie Jaroczky. Insuper promitto
ipsum nullo iure spirituali aut seculari evadere neque literis dni Re-
gis aut mandatorum ipsius neque literis dni Capitanei et mandatorum
ipsius neque lando terrestri aut vadio neque porcione aut com-
porcione terrestri neque titulo annio aut aliquo articulo novo vel
veteri qui mihi Mathie Jaroczky prodesset ipsiusque dno petro de
Bryn Castellano Gneznensi aut ipsius successoribus obesset nisi
principalem pecuniam unacum dampnis si que habuerint pecu-
niis solvere plenarie cum paratis. In cuius rei testimonium
Sigillum meum presentibus est appensum sicut est datum Poznanie
feria tercia proxima ante festum sancti petri ad vincula anno dni
millesimo quadringentesimo quadagesimo octavo.

[20. III.] 1218. (niemam) Chyba 1318 Wład. Łokietek?

Nos Wladislaus dei gracia dux terrarum cracovie sandomirie syradie lancicie quia-
vieque nec non heres regni polonie notum esse volumus universis presentium
noticiam habituris. quod cum religiosus vir et discretus dñs petrus abbas su-
lejovienis ex una parte. stanyslaus et thomislaus filii Jacobi moykonis.
una cum procuratore eorundem comite thomislao palatino cracoviensi parte
ex altera. nostra nostrorumque presencia baronum fuissent constituti pro actione
tali de hereditatibus okalina et Goycrow extitit collaudatum et ordinatum
quod idem dñs abbas fungebatur officio domus sue et fratrum suorum pre-
in ipsis judicialiter coram nobis acquisitarum videlicet Goycow octo annis
concepit ad tenendum, expirantibus vero octo annis sepedictis predicti fratres
dño abbati et fratribus sepius nominatis hereditatem ipsorum predictam qua-
libet diminucione et prorogacione procul mota restituere tenebuntur. In
cujus rei testimonium presentibus nostrum sigillum una cum sigillis palati-
norum nostrorum videlicet slawoyo palatino sandomiriensi. Thomislao palatino
cracoviensi et clemente palatino syradiensi qui in hac re pro iam dictis par-
tibus ut ordinacionem hic inscriptam adimplerent fideiussores extiterunt
duximus appendendum. Datum in Sancyn In crastino reminiscere
anno domini M.CC.XVIII.

K. Małop. nr. 1196 [8. I.] 1421. (ist.) jest w dwóch exemplarzach prócz tego

Nos petrus de Falkow Iudex et Janussius de Olesnycza subiudex terre sandomiriensis
generales universorum noticie facimus fac notum per tenorem Quod
cum Nobilis Jarko heres de miroqnowice venerabilem dnm Michaelem prepositum
tum myechoviensem ad nostram nostrorumque presenciam nobilium sandomirie
in colloquio generali providencium ~~per nuncium~~ provinciarum citasset et
citare curasset pro septuaginta marcas per eundem Jarkonem super ipsum
levatas super medietatem ville dicte Twardoslawice ad quam se predictus
Jarko post annuam suas popustcyrancze
proximiorem asserebat que tamen predicta pars seu medietas ville dicte
Twardoslawice obtaxabatur in valore centum marcarum et totidem Mi-
chael predictus decem et septem marcas ad medietatem hereditatis dicte Twar-
doslawice valorem centum marc. sic ut premittitur sepenominatum
Jarkonem jure evasit cui tamen predictam evasionem ut premittitur
temporibus perpetuis adiudicavimus et presentibus adiudicamus
Harum quidem in testimonium nostra ~~sigilla~~ presentibus sunt appensa. Datum Sandomirie
feria quarta proxima in colloquio generali infra octav. epyphanie anno domini
Millesimo quadringentesimo vicesimo primo. presentibus hiis testibus
Nicolao de Michalow pallatino Sand. michaele de Lyrow castel. Sandom.
Martino de Rytwany castellano Zawichostensi Johanne castell. Lublinensi
Johanne Cast. Rad. valid. Johanne tribuno Sandom. et aliis quamplurimis fide dignis.

[ Sandom. Tandem dicemus terminis inter easdem partes finali sentencialiter dñs ]

peremptorio et

1½ 1375. 1442. X 1449.
75

1449. [11. I, Coprziwnica.]

Approbacio advocacie in Freystat opido per dominum Nicolaum Groth abbatem innovata.

In nomine domini Amen. Quum ea que aguntur tempore simul cum temporis cursu labuntur nisi litterarum firmitate et fide digno testimonio roborentur, hinc est quod nos Nicolaus alias Groth dei paciencia abbas Nicolaus prior, Nicolaus alias Przeworsky supprior (sic), Thomas cellerarius, Stanislaus magister coquine, Martinus Niclinus, Petrus quondam abbas, Nicolaus Furman, Nicolaus Chatka, Johannes cantor, Mathias custos seniores ac totus conventus monasterii Coprzywniciensis, Cisterciensis ordinis et Cracoviensis diocesis, notum facimus publice recognoscentes presencium per tenorem universis et singulis presentem inspecturis tam presentibus quam futuris. Cum ad ea que sunt monasterii nostri pociora et utiliora tenemur summopere annuere, sed quia ex quo nobilis vir dominus Johannes advocatus in Fristath ~~confraten~~ confrater noster singulari affectu et pia devocione ad monasterium nostrum acclinatus, quedam de privilegiis suis super advocaciam eius firmiter roboratis admisit abicere, que postmodum monasterium nostrum per eius legittimos successores multum possent

dampnificare et gravare proinde huius exhibicionis intuitu omnia et singula eius munimenta et privilegia eius advocacie in Fristath admisimus renovari et in unum privilegium recolligi, presentibusque eadem ipsius privilegia firmiter roborantes renovamus et confirmamus Quorum privilegiorum tenor de verbo ad verbum scriptus sequitur ~~talis~~ et est talis:

In nomine domini Amen. Quia satis testante eloquio vita hominum est tanquam vapor ad tempus modicum existens propter quod omnia humana negocia oblivioni de facili traduntur et quasi in nihilum rediguntur si litterarum testimonio et testium fidedignorum non ~~fuerint~~ firmentur, hinc est quod nos Jacobus alias Grzymala dei paciencia abbas, Nicolaus prior, Nicolaus supprior, Johannes magister coquine, Nicolaus Claviger, Laurencius portarius totusque conventus monasterii Coprziwniciensis Cisterciensis ordinis Cracoviensis diocesis universis et singulis tam presentibus quam futuris notum facimus presencium per tenorem Quia considerantes quod ex frequenti variacione advocatorum nostrorum in Fristath advocacia in ibidem et bona nostra desertantur et dominia quam plurima recipiunt, unde volentes meliorem in eadem advocacia habere profectum et perseverantem, de sano consilio voluntateque et consensu fratrum omnium conventus nostri dictam advocaciam nostram vendidimus et vendimus per presentes nobili viro domino Johanni heredi et

advocato in Kolaczicze et eius legittimis successoribus pro-
ducentis et quinquaginta marcis communis monete et
numeri polonicalis cum tali iure et dominio, prout eam
noster antecessor bone memorie Conradus abbas quon-
dam Coprzivnicensis dederat et contulerat providis vi-
ris qui infrascripto privilegio continentur. Huius ~~privi-~~
~~legii~~ tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: In
nomine domini Amen. Ea que aguntur in tempore si-
mul labuntur, per temporis lapsum, nisi scripto api-
cum et testimonio testium fidedignorum perenniter
confirmentur. Ideo noverint universi presentes et futuri
presens scriptum inspecturi Quod nos Cunradus divi-
na paciencia abbas monasterii Coprovnicensis ordinis
Cisterciensium et diocesis Cracoviensis unacum conventu
nostro cupientes bona monasterii ampliare damus et contu-
limus providis viris Johanni Bartholdi cum Harbardo (!)
advocaciam in civitate nostra Fristath nec non in
villis ad eam spectantibus scilicet Kobylye et Glynik.
Que civitas sistit fundata in pratis nostris nomine
Pogorzala et Barthossowe ~~lank~~ łanky, que
prata ex antiquo per nominatum nostrum monaste-
rium semper fuerunt possessa. Que civitas debet
habere centum laneos franconicos sic quod . . . .
limites et granicies (civitatis) eiusdem mensurari poterint.
Assignamus itaque et damus redditus ad dictam
advocaciam infrascriptos vi(delicet) octo laneos liberos
et franconicos tam in villa Kobyle quam eciam circa

(qd mon novi?)

civitatem addimusque et ascribimus advocacie eedem omnes cameras alias yathky pannorum institorum et mensas carnium ac panum et sutorum ac sartorum Textorea (sic) eciam panni et tele et omnes artifici tenebuntur censum solvere ibidem prenominatis advocatis et legittimis ipsorum successoribus Damus et dicte advocacie et assignamus balneum liberum et quilibet ibi habitans ad quattuor tempora singula tenebitur unum grossum solvere irrecuse. in dolys et in aliis balneis non audeant incole balneare sub pena advocati interdicta Damus insuper libertatem molendina edificandi quotquot ibi fieri possunt et nulli audeat ibi edificare molendinum civis? mio nec nos nec aliquis incola Nullus eciam eorum audeat molare nisi in molendinis dicti advocati et si aliquis incola excederet ex tunc in penam advocati interdictam incurret Piscinas eciam spectantes ad molendina omnes et singuli incole tenebuntur reformare. Damus eciam ac ascribimus piscinas facere libere dictis advocato quotquot ibi fieri possunt piscine et lacus In fluviis vero et lacubus ac in piscinis nullus audeat prodr seu piscare sine voluntate et consensu advocati Ascribimus itaque eedem advocacie omnia prata quotquot haberi et inveniri possunt in ibidem Damus eciam et assignamus angulos alias Konthi ex utraque parte fluvii dicti Wislok, de quibus angulis advocati et ipsorum legitti-

mi successores pro ecclesia tenebuntur unum fertonem solvere singulis annis Damus eciam et assignamus dictis advocatis ortulanos habere et servare quotquot inibi in villis haberi possunt et quot loca ibi inveniri possunt Item damus et conferimus dictis advocatis nempe villarum alias na wsze, ut nullus in eo habeat facultatem preter advocatis voluntatem. Item spinacula domorum alias wyrzchnye seu limitalia alias progowe dictis advocatis incole eiusdem civitatis censum singulis annis tenebuntur solvere. Insuper damus et ascribimus dicte advocacie sextum denarium de censu et tercium de qualibet re iudicata vel non iudicata. Que omnia et singula supradicta damus conferimus et deputamus dictis Johanni, Bertholdi et Harbardo eorumque successoribus libere tenendi sine aliqua solucione et hoc cum potestate vendendi, alienandi et quovis alio titulo convertendi. Item pro sustentacione ecclesiarum ibidem locatarum damus et conferimus dimidium tercium laneum liberum pro ecclesia videlicet in civitate dimidium alterum laneum, pro ecclesia vero in Kobyle unum ex Integro laneum. Item assignamus alterum dimidium laneum pro pellendo grege. Insuper abicimus et removemus omnes consvetudines polonicas, angarias et preangarias. Damus eciam predictis advocatis et incolis eiusdem civitatis potestatem termina iudicandi videlicet, cum aliquis in aliquo crimine vel casu enormi deprehensus fuerit ut in furto, homicidio, incendio et aliis quibuscumque excessibus ipsi advocati cum scabinis suis in predicta civitate prout ius Mayd-

burgense postulat et requirit ipsum iure teutonico habeant
iudicare, et iusta penam quam meruerit secundum
ius Meydburgense habeant punire. Volumus eciam ut in-
cole singuli eiusdem civitatis villarumque ad eam spectan-
cium non alibi nisi coram suis advocatis, advocati vero
coram septem sculteti(s) in civitate Fristath non aliter ni-
si iure theutonico Meydburgensi respondere sint astricti.
Preterea volumus quod cives de quolibet laneo singulis
annis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus
octo scotos pro censu, pro decima vero sex scotos et advoca- [22.I
ti (sic) sextam partem de iure solvere teneantur undecim
annorum libertate a data presencium computando expi-
rata predicti vero advocati ad generale bellum in equo tri-
bus marcis valente sint servire astricti, et nichil aliud vel
saltem familiarem destinare. Nuncium vero vel procuratorem
nostrum ter in anno, quando generalia vel magna iudicia
exerceri consueverunt recipiant et in congruis expensis
procurabunt. De quibus prandiis advocati unum, cives
vero duo prandia vel pro quolibet per fertonem solvere te-
nebuntur. Eciam conferimus et damus quod singulis annis
quilibet coincola (sic) spectans ad advocaciam duos gallos
advocatis ad festum Nativitatis Christi teneantur portare
indilate. Advocati vero ad festum Pasce singulis annis
debent invitare conincolas et quilibet incola munus
portare tenebitur prout est consvetudo. De omnibus
agris seminatis et non seminatis quod nos tulimus

/.

et recipimus sextum denarium dictis advocatis damus et conferimus et omnia ac singula prenotati advocati ~~et~~ ac cives nobis et nostris successoribus facient et adimplebunt ad que ipsis Meydburgense ius seu theutonicum reddit obligatos. In quorum omnium testimonium nostrum nostrique sigilla conventus presentibus sunt appensa. Actum et datum in monasterio Coprziwniciensi in die Kathedre beati Petri apostoli. Sub anno domini millesimo
1375 [22.II, Coprziwnica] trecentesimo septuagesimo quinto. Presentibus hiis testibus: Andrea cum fratre suo Troiano heredibus de Byschow, Derskone de Byscza, Georgio plebano de Frystath, Andrea plebano de Lubzyna, Johanne Rybnyke consule ibidem et aliis quam pluribus fidedignis.

Quibus omnibus et singulis in suprascripto privilegio contentis nos frater Jacobus alias Grzimala abbas predictus unacum nostro conventu dicto nobili Johanni advocato nostro in Fristath et eius legittimis successoribus addimus et conferimus tua prata posita circa fluvium Wistok ex utraque parte a graniciis ville Czeszenya que soli tenuimus liberam et agrum liberum iuxta eundem fluvium qui erat Stubolth quondam civis de Fristath Quem agrum prefatus advocatus debet eximere a dicto Stubolth seu ab altero possessore dicti agri Quem quidem agrum sive eximet sive non ad nullum tamen census et libertas dicti agri pertinebit nisi ad ipsum advocatum et eius successores Item damus eidem advocato in eadem civitate et ascribimus foralia cum omni iure; conce-

dimus eciam dicto advocato eiusque successoribus pariter et incolis liberam facultatem ligna cedendi pro necessitate eorum in omnibus silvis nostris eciam damus et admittimus lepores, volpes (sic) et aves cum retibus venari predicto ~~abbati~~ advocato et eius legittimis successoribus et damus facultatem dicto advocato ut quicumque ausus fuerit preter ipsum venaciones exercere, extunc advocati prefati et eius successoribus, recia put recipere pro sua utilitate vel solum detinere. Damus eciam et addimus quendam agrum nostrum dictum Maczkowska in Fristath dicto Johanni advocato et eius successoribus et ipsius advocacie ascribimus imperpetuum libere tenendam et habendam tali condicione, quali alios agros tenent ad eius advocaciam pertinentes absque quavis solucione, pro quoquidem agro dedit et resignavit nobis alium agrum suum circa dictum agrum per nos eidem datum, positum, pro nos eque imperpetuum possidendum. Que omnia et singula prefatus advocatus et eius legittimi successores imperpetuum tenebunt habebunt et libere possidebunt. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in nostro monasterio Coprovnicensi predicto, feria sexta proxima post festum sancti Jacobi apostoli. Anno domini millesimo

1429. quadringentesimo vicesimo nono. Presentibus hiis testibus domino Gronostagio proposito Sandomiriense,

[30.VII, Coprziwnica]

3½ 79

strennuo domino Grzimala de Mystrze, domino Helwik de Byeszdzedza, Laurencio heredi de Sbignowicze domino Nicolao de Kolaczicze plebano, nobili Derslao procuratore

silvis?

monasterii ~~predicti~~ eiusdem de Filvis,^x et aliis quam pluribus fidedignis. Hiis itaque singulis sic prenotatis religiosus frater Petrus quondam abbas eiusdem monasterii Coprziwniciensis una cum conventu protunc suo antecessor noster cum dicto domino Johanne advocato memorato in kmetonibus fecit commutacionem Cuius rei privilegium de verbo ad verbum sequitur et est tale:

In nomine domini Amen Ea que fiunt in tempore de facili ab humana evanescunt memoria si testimonio litterarum non fuerint roborata Hinc est quod nos frater Petrus divina paciencia abbas, Nicolaus prior, Nicolaus custos, Johannes supprior, Stanislaus vicecustos, Stanislaus magister coquine, totusque conventus monasterii Coprziwniciensis ordinis Cisterciensium et Cracoviensis diocesis universis et singulis presentibus et futuris quibus interest notum facimus presencium tenore.^x

x) tenorem

Quia considerantes pociora monasterii nostri et utiliora recepimus titulo commutacionis kmethones quos nobilis dominus Johannes advocatus in Fristath in suburbio eiusdem civitatis Fristath scilicet Glynik et sub oppido habuit et dedimus ac damus dicto domino Johanni advocato et eius legittimis successoribus racione eiusdem commutacionis omnes

et singulos Kmethones quos habuimus in Kobyle per eum et eius successores eviternis temporibus tenendos et libere possidendos. Addidimus et addimus per presentes duos agros inter agrum ipsius advocacie et inter agrum dictum

en Striboltowsky ad ipsum eum (sic) advocatum concernentem iacentes et hoc cum omni iure et dominio nec non cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus censibus redditibus, contribucionibus, venacionibus, laboribus, agris, campis, pratis, silvis, mellificiis, fluviis, lacubus et eorum decursibus ac attinenciis universis, prout nos tenuimus, nihil pro se aut nostro monasterio iure et dominio excludendo prenominato domino Johanni advocato et eius legittimis successoribus imperpetuum resignavimus et resignamus per presentes. Quos quidem Kmethones ac omnia et singula suprascripta, sepedictus Johannes, advocatus et eius legittimi successores, habebunt facultatem tenendi, habendi, vendendi, commutandi, donandi et ad usus suos beneplacitos convertendi, prout sibi aut ipsius posteritati melius et utilius videbitur expedire. In quorum omnium testimonium premissorum sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum et actum in nostro monasterio Coprzywnicensi feria secunda infra octavas nativitatis Marie. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

1442
[10. IX.]

Insuper nos Nicolaus, abbas prefatus unacum voluntate et consensu omnium

fratrum dicti nostri Coprziwniciensis conventus, admisimus
et consensum presentibus admittimus et consentimus
dicto domino Johanni advocaciam Fristath parare et labo-
rare piscinam pro suo usu in sinistra parte penes viam
eundo de civitate Fristath in villam Czeschemya
et potest eam dilatare ampliare et diffundere per
expulsum alias przes vygony et per agros civium
de Fristath, videlicet Venceslai, Johannis Maczei,
Mowicz, Mathie Baszan et Johannis Kawalecz,
quorum agrorum angulos seu fines, dictus dominus
Johannes aput eosdem cives de nostra speciali licen-
cia emit et comparavit, censum tamen nostrum
non minuendo. Ascribimus igitur et appropriamus
dictam piscinam eidem advocacie in Fristath. Hec
ergo omnia et singula in hoc presenti modo pri-
vilegio descripta ipse dominus Johannes advocatus
et eius successores habebunt, tenebunt et posside-
bunt cum potestate vendendi, donandi, et ad proprios
usus convertendi. Que omnia nos firmiter robora-
mus et confirmamus per presentes. Harum qui-
bus in testimonium roboracionem et confirmacionem
litterarum sigilla nostra abbaciatus videlicet et
conventus presentibus sunt subappensa. Actum
et datum in monasterio nostro Coprziwniciensi
die sabbati infra octavas epiphanie domini. Anno
eiusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo

/.

nono. Presentibus strenuis, honorabilibus et nobilibus viris domino Petro Koslowsky, Paulo Scothniczky, Stanislao plebano in Midlow, Nicolao de Vnyeslawicze presbitero eiusdem monasterii seculari, Johanni de Poszromna, Nicolao Chustka de Janowicze, Nicolao de Thylkowicze heredibus et Mathia Golecz sculteto de Golczowa et aliis quampluribus fide dignis.

Kopia z kodeksu Kopırz. p. 211–215.

I. L. R. 18/III Gniezno 1450 81


1450 Javandus de Nyewyesch Canonicus, Reverendissimique in Christo patris et domini domini Wladislai dei gracia sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopi et primatis officialis Gnesnensis generalis, honorabilibus et discretis viris Ebdomadariis Chori Collegiate Ecclesie Warschoviensis, ceterisque presbyteris Curatis et non curatis, per et infra Civitates et diocesim poznaniensem, ubilibet constitutis presentibus requirentes salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhiberi. orta pridem inter honorabiles dominos Johannem in Pawlowicze ex una et Paulum in Zawady Ecclesiarum parochialium rectores (sic) parte ex altera, de et super decimis Manipularibus et Campestribus cujuslibet grani et seminis, post araturas Nobilium Johannis et Abrahe heredum in Rzeruschino alias Passykonye provenientibus, coram venerabilibus viris dominis predwogio de Grandi preposito et tunc administratore sancte Ecclesie Gnesnensis Sede vacante expost vero eo ab officio sue administraccionis semoto, coram Johanne de Brzosthowo Cantore et officiali Gnesnensi precessoris (s) nostri mediati (s. s.), in vim appellacionis ad sanctam sedem metropoliticam Ecclesiamque Gnesnensem pro parte discreti Pauli plebani in Zawadi (a sentencia diffinitiva Venerabilis viri decani domini et officialis Warschoviensis interposite materia questionis, ~~Expost~~ Coram quibus postquam cum dictarum parcium procuratoribus in dicta causa ad nonnullos actus et terminos Judiciales gradatim processum fuisset, tandem processu temporis

ab officiis

ab officijs ipsorum fuerunt semoti, Nobis enim in Officium officialatus Gneznensis succedentibus causasque omnes in illis punctis in quibus indecise remanserunt resumentibus, Tandem die inferius annotata, Constituti Circumspecti magistri Johannes obora Johannis in Pawlowicze et Albertus Pauli in Zawadi plebanorum legittimi procuratores, de quorum procuracionis mandato, aput acta Consistorii Gneznensis legitimum est datum documentum, exposuerunt, quomodo Venerabilis vir dominus et officialis Warschoviensis et sui notarij, et causarum coram eo scribe, ac nonnulle tam spirituales quam seculares persone nonnulla scripta Jura privilegia acta literas, et quevis monimenta causam hujusmodi tangen~~ciates~~tes et tangencia concernentes et concernencia in suis castis et Bibliothecis habent et detinent habentesque sciunt sine quibus de meritis cause hujusmodi ad plenum constare non potest, Quare nobis debita cum instancia supplicaverunt quatenus ipsis de remedio opportuno providere nostrasque literas compulsoriales contra et adversus prefatas in forma solita et fieri consueta dare et decernere dignaremur, Nos tunc attendentes, quod justa petentibus non est denegandus assensus, bonique Judicis est cuncta
ne occultacione hujusmodi Jurium et munimentorum alicui parcium veritas valeat deperire dictas nostras compulsoriales decrevimus fore dandas damusque et decernimus per presentes Vobis igitur executoribus suprascriptis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet trina trium duntaxat dierum Canonica monicione previa ferimus in hijs scriptis, nisi mandatis
nostris hujusmodi

nostris hujusmodi parueritis districte precipiendo mandamus,
Quatenus personaliter accedentes, Venerabilem virum domi-
num et officialem Warschouiensem, suosque notarios Causa-
rum et facti hujusmodi scribas, omnesque alias et sin-
gulas personas tam spirituales quam seculares, vobis
pro parte dictorum Johannis et Pauli plebanorum no-
k.- minando si ipsos salubriter inducendo moneatis et
requiratis, quos presentibus nos monemus et requiremus(s),
ut infra duodecim dies vestram et hujusmodi monicione
mediante sequentes, quos ipsis pro omnibus dilacionibus
et terminis peremptoriis prefigimus et assignamus Acta
jura scripturas privilegia et quevis alia munimenta,
causam hujusmodi concernentes et concernencia, aut ipso-
rum actorum Jurium Instrumentorum privilegiorum et
quorumcumque munimentorum vera transsumpta et in
formam publicam redacta sigillis autenticis sigillata,
prefatis Johanni in Pawlowice et Paulo in Zawadi
plebanis aut ipsorum procuratoribus legittimis, dent
tradant et cum effectu assignent ut tenentur, Salvo
salario notariorum tamen moderato, per utramque par-
tem esolvendo nobis infra unum mensem versus Gne-
k. nensem Civitatem reportando. Et aliis sub talibus modo
– et forma dispositis, quod eis apud nos in judicio et extra
plenaria fides valeat adhiberi, nichil addendo vel minuendo,
alias lapso XII (duodecim) dierum termino si dicti moniti
et requisiti in dispendium jurisdicionis nostre, prefatorumque
Johannis et Pauli plebanorum offensam, premissa contumaciter
adimplere neglexerint, extunc ipsos Christi nomine invocato
excomunicamus in hiis scriptis, quos et vos sic excomunicatos
vestris in

vestris in Ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis infra missarum sollempnia denuncietis et denunciare curetis, premissa tamdiu exequendo donec a nobis aliud habueritis in mandatis, de die vero execucionis presencium, et quicquid in premissis feceritis per vestras patentes literas sive publica instrumenta nobis fidem faciatis. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum, presentes nostras Compulsoriales literas sive presens publicum Instrumentum per notarium nostrum infrascriptum causarumque et facti hujusmodi coram nobis scribam scribi et publicari, nostrique sigilli appensione fecimus communiri. Datum Gnerne in domo habitacionis nostre. Anno domini mille-
1450. simo quadringentesimo quinquagesimo. Indictione tredecima. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Nicolai divina providencia pape quinti anno ipsius quarto, die vero mercurij xviij mensis marcij Presentibus honorablibus et discretis virris domini Nicolao plebano in Sandzyno, Johanne de Stadniki et Thoma de Rathczansz, testibus circa premissa.




Et ego Pribislaus Johannis de Noczachowo Clericus Wladislaviensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius et coram prefato venerabili viro domino Jarando de Nyewyesch Canonico et officiali Gnernensi generali, Causarum et facti hujusmodi scriba Quia dictarum literarum Compulsoriatium peticioni et ipsius decreto una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi Ideo presens publicum Instrumentum manu propria scriptum in hanc formam publicam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

1452. [11.IV, Płock]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gracia dux Mazowie, Russieque princeps, necnon terrarum Ploczensis, Ravensis, Sochaczuensis, Gostinensis, Plonensis, Zawkrzensis, dominus et heres Visznensis et Belzensis etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo ad nostram nostrorumque dominorum dignitariorum nobiscum tunc existencium veniens presenciam Venerabilis et religiosus dominus Petrus Abbas ecclesie Sancti Johannis Ewangeliste in Mogilna Gneznensis Diocesis suo ac monastery sive conventus et fratrum in eodem degencium nominibus, quasdam litteras per predecessores nostros eidem ecclesie et domui ac Abbatibus pro tempore existentibus . . . . . . sanas, salvas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed sanas, et omni prorsus nota suspicionis carentes sub tytulis et sigillis magestatis predecessorum nostrorum consignatas, coram nobis reproduxit, petens a nobis humiliter et devote, easdem litteras et donaciones in eisdem contentas nostris litteris et scripturis innovari, confirmari et incorporari. Nos vero predicti domini Abbatis peticionibus et iustis postulacionibus acclinati auitis (sic) prius et perlectis eisdem litteris predecessorum nostrorum, ex eisdem comperimus, quomodo ecclesia parochialis in Byelsco Sancti Johannis Baptiste in bonis nostris situata cum iure patronatus, presentandi ydoneos et discretos presbyteros in prepositos eidem ecclesie ex speciali donacione predecessorum nostrorum ad Abbates pro tempore in Mogilna et ad Monasterium sive domum ipsorum pertinere dinoscitur et spectare. Volentes igitur vestigia predecessorum nostrorum sequi, dictam ecclesiam parochialem in Byelsko cum iure patronatus presentandi ydoneos et valentes presbiteros in prepositos dicte ecclesie in Byelsko tociens quociens opus fuerit abbatibus pro tempore et monastery (sic) sive domui Mogilnensi ascripsimus, incorporavimus presentibusque ascribimus, confirmamus et incorporamus, decernentes huiusmodi nostram incorporacionem et confirmacionem perpetuo perdurandam cum omnibus iuribus, obvencionibus et fructibus ad ipsam

ecclesiam in Byelsko sancti Iohannis Baptiste ab anti-
quo spectantibus et pertinentibus. In cuius rey testimonium
sigillum nostrum mediocre presentibus est appensum. Ac-
tum et datum in Ploczko feria tercia conductus Pasche
Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo
secundo. Presentibus ibidem magnificis et generosis domi-
nis fidelibus nostris Saszino de Sczawino Plocensi, Iohan-
ne de Nyschewo Raczanschiensi Castellanis, Golyas de Mly-
cze Curie nostre marsalco et subcamerario Plocensi, Dadz-
bogone de Pomyanczy(no) vicethezaurario, Iohanne de Bedl-
sko magistro Coquine curie nostre et Ratiborio cancellario
nostro, qui presencia a nobis habuit in commissis.

W oryginale pargaminowego pieczęć oderwana. (Arch. Kość. w Bielsku)

Z kopii senat. Stronczyńskiego.

Własność zgromadzenia Kupców Kaliskich.

8

84

R 1452. [1. IX, Siradie.]

Karimirus Dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie et heres Russie, famosis, providis et circumspectis Protoconsuli et consulibus Civitatis nostre Kalisciensis fidelibus, grate nobis dilectis. Famosi circumspecti et providi fideles nostri dilecti exposuerunt coram nostra Majestate circumspecti mercatores Civitatis praedictae, quomodo nonnulli mercatores et pannicidae extra Regnum demorantes in Regnum nostrum Polonie ad nundinas et fora annualia venire consuerunt ibique in nundinis more nostrorum regnicolarum mensuratione ulnarum tam pannos, laneos, sericeos atque telas talentorumque libratione mensurare et librare ac vendere consueverunt in praeiudicium nostrorum mercatorum et pannicidarum. Quare vobis mandamus omnino habere volentes, quatenus de cetero et per amplius hominibus extra Regnum nostrum demorantibus et degentibus non ulnarum mensuratione neque talentorum libratione, sed solum peciis staminum laneorum, sericorum et telarum ac lapidum ponderatione vendere permittatis et vendi libere dimitatis. Aliter facere non ausuri pro gratia nostra. Quarum sigillum praesentibus est appensum testimonio litterarum. Datum Siradie in Conventione generali die Sabbato proximo post festum sancti Egidii. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo

Relatio Reverendissimi in Christo Patris domini Johannis, Episcopi Wladislaviensis.

1453. [9. VIII, Cracoviae.]

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres &. Significamus tenore presencium quibus expedit universis: Quomodo ad instantem supplicacionem venerabilis magistri Pauli de Zator decretorum Doctoris, Canonici Cracoviensis, devoti nobis dilecti, villam ipsius Grambolow prope monasterium Clare Tumbe sitam, de iure polonico in ius Theutonicum quod Maideburgense dicitur transfetrimus perpetue duraturam. Removentes ibidem omnia iura polonicalia modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutlonicum pleramque perturbare consueverunt. Absolvimus insuper, eximimus et perpetuo liberamus omnes kmetones et singulos dicte ville incolas, ab omni iurisdicione et potestate omnium Regni nostri Polonie palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum, camerariorum, ceterorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis parvis sive magnis, puta, furti, incendii, homicidii et membrorum mutilacionis, seu quibusvis aliis enormibus excessibus citati, minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur; Sed kmethones et incole ville predicte, coram suo Sculteto, Scultetus vero coram nobis aut nostris successoribus legitimis, dum tamen per litteram nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit et citatus; et hoc si reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, tunc non aliter quam suo iure Theutonico predicto, omnibus de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus superius expressis Sculteto iam dicte ville, iudicandi, sentenciandi, diffiniendi, plectendi, condemnandi; plenam damus tenore presencium facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis et clausulis postulat et requirit; iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracovie feria quinta in vigilia beati Laurencii Martyris, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio. Presentibus Reverendissimo in Christo patre domino Sbigneo miseracione divina tituli Sancte Prisce presbitero Cardinali et Epo Cracoviensi, atque Magnificis Stanislao de Ostrorog palatino Calisiensi, Hinczca de Rogow Siradiensi et Regni Polonie Vicethesaurario, Joanne de Zagorzany Zawichostensi, Castellanis. Per manus Magnificorum Joannis de Conyeczpole Cancellarii et Petri de Sczekoczyny Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum. Ad relacionem Generosi Nicolai Pienianzek de Witkowicze procuratoris Cracoviensis generalis.—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 41. i 42.)

Kasimirus dei gracia Rex poloniae, Magnus dux Lituanie et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quomodo habentes attentissimum consideracionis respectum ad grate fidelitatis studiosa obsequia, quibus Venerabilis Lutko de Tokari Scholasticus Sandomiriensis et Thesaurorum nostrorum Notarius, devotus noster, nobis sincere dilectus, Maiestati nostre assidue meruit complacere, et ut ad servicia nostra ipsum plus solito aucto fidelitatis studio, in futurum prestancius redderemus prompciorem, sibi ad humiles ipsius peticiones, aream, domum cum orto in Stradomia, super rippam Visle situatam, quondam Venerabilis Stanislai prepositi Ecclie Cracoviensis, que apud honestam Barbaram Vitoltowa civem Cracoviensem emit et possidet, cum ipsorum toto iure, utilitatibus fructibus, redditibus et obvencionibus universis, prout ab antiquo in suis metis, sepibus et parietibus distincta sunt et limitata, prerogativa ipsum complectentes gracie nostre specialis, emenda indulsimus, que empta per eundem, ab omnibus servitutibus, laboribus, solucionibus, castro nostro Cracoviensi consuetis et debendis, absolvimus et perpetuo liberamus per presentes; per ipsum Lutconem de Tocari et ipsius legittimos successores predicta, aream, domum, cum orto, tenenda, habenda, commutanda, vendenda, et absque quavis servitute castri pacifice et quiete possidenda, et in usus beneplacitos iuxta libitum sue voluntatis, convertenda. Quocirca vobis, Capitaneis, Procuratoribus et Viceprocuratoribus castri nostri Cracoviensis, et notanter Generoso Nicolao Pienianzek de Vithovicze procuratori moderno, et aliis pro tempore existentibus, committimus et mandamus seriose precipientes, et omnino habere volentes, quatinus prefatum Lutkonem et suos successores, circa hanc quam sibi commisimus et dedimus libertatem, perpetualiter conservare debeatis et in evum. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracovie feria quinta post Dominicam Reminiscere. Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo quarto. Relacio Magnifici Petri de Szczekocini Regni polonie vicecancellarii. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 75.)

dR

R.

In judicio Zacrocimensi facta est concordia inter Abbatem Ciriwenensem et Thomam de Scypiorno per arbitros, intuitu molendini in villa Cossowo.

W.
87

1454. Nos Ninogniew de Krzysko Judex Wyschegradien. et Zacrocimien. et Johannes de Obrzamb Subiudex Zacrocimiensis, Significamus universis et singulis, harum literarum noticiam habituris. Quomodo Sabbatho proximo post Sancti Petri ad vincula, dum in Zacrocim pro Tribunalj residentes sedebamus iudicantes, tandem venientes Nobiles Dadzibogius de Lyelewo et Jacussius de Phalibogy ab una et Gurimislaus de Witkowice cum Nobili Johanne de Gora partibus ex altera, Arbitri, fere e Jure recepti, inter Venerabilem dominum Paulum Abbatem Sancte Marie in Ciriwenzko et dominum Thomam de Scipyerno. Recognoverunt ordinacionem et composicionem inter eos pro et super bonis inter hereditates eorum Scipyerno et Cossowo, esse decisam alias uprawyone, et signanter pro elevacione molandini (sic) Domini Abbatis Cossowskyego in bona Scipyerno domini Thome. Tali modo predicti arbitri decreverunt. Quod dominus Paulus Abbas Ciriwenensis debet recipere ad honorem et in animam ad Sanctum Ewangelium sicut Molandinum Cossowskj non est elevatum ad antiqua statuta alias nad stare ustawyenye, neque dampnificavit dominum Thomam in valore centum sexagenarum. Et viceversa Si dominus Paulus Abbas Ciriwenensis renuerit hoc iuramentum facere, extunc Nobilis Thomas Scipyerskj debet iurare tali iuramento. Byerzą tho kney Czezi y dusschy iako mnije podnijessyenijm (sic) Cossowskyego mlyna uszkodzono Jako stho kop, et ad ~~maiorem~~ minorem pecuniam iurare potest ~~sed~~ sed ad maiorem non. Et ad hoc iuramentum decretum est ipsis partibus e Jure recipere precomem cum officialj

ma to być "z prawidlnikiem"

cum officialj alias sprawidlnikyem (sic), qui debent constitui in duabus septimanis post ipsam composicionem alias posdrzedzenijw (sic) Demum venientibus die et loco iuramentorum, predicte partes videlicet dominus Abbas una cum domino Thoma ac cum eorum arbitris, et ceteris fidedignis Nobilibus tunc assistentibus nec non et cum precone et officialj alias sprawidlinkyem, de consensu ambarum parcium remiserunt ipsis juramenta. Ita prout hic idem descriptum fuit jurare iuxta rothe tenorem, non iuraverunt, sed dimiserunt sibi ipsis invicem iuramenta. Et ultra predicti arbitrj superius annotati, concluserunt et invenerunt. Quod predictum molandinum in Cossowo iuxta ipsorum arbitrorum predictorum composicionem debet stare in talj mensura perpetue et in evum sicut et pro nunc stat. Dominus vero Scipajeroskj nomine Thomas sepefato Molandino una cum suis posteris legittimis, et successoribus Cossowskyemu debet dare pacem perpetue et in evum, Et hoc ambe partes tenere debent sub pena vallata centum sexagenarum, et super hoc literas Judiciales recipere debent secundum decretum et composicionem arbitrorum superius conscriptorum. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum. Ex libro Judicij Zakrocimiensis Sabbatho proximo post Sancti Petrj ad vincula in Zacrocim Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

s~~p~~widlnikyem

---

Ex originali ~~in charta pergamena scripto~~ Musaei ord. Bibl. Zamoys. Sigilla ~~deest.~~ desunt. Z dwóch pieczęci nic nie pozostało, ani nawet tasiemki

---

Zkollacyonowałem sam

Na grzbiecie napis najdawniejszy

„Concordia inter molendinum in Koszovco et hereditatem in Scziporno"

sup. molendinum in Kossowske abbatiali decretum

Jn nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kasimirus dei gracia Rex polonie,
nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Magnus dux Lithuanie Russie
prussieque, nec non Culmensis, Konigsbergiensis, Elbingensis et pomeranie dominus et heres. Signifi=
camus tenore presenciam quibus expedit universis presentibus et futuris; Quomodo nos volentes
villarum Biskupicze, Trumbnyky, et Darszycze in terra Cracoviensi situatarum condicionem facere
meliorem, ad instantes peticiones Reverendissimi (in Christo) patris domini Sbignei, miseracione divina, Tituli San-
cte prisce, sancteque Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis et Episcopi Cracoviensis, sincere Nobis dilecti, -
dictas villas Biskupicze, Trumbnyky et Darszycze, bona mense Episcopalis Cracoviensis, prout in suis
metis et graniciebus, late, longe, et circumferencialiter sunt limitate et distincte, de iure polonico
in ius Theutonicum quod Maideburgense dicitur, transferimus duraturas perpetue et in evum.
Removentes in dictis villis omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum
ius Theutonicum consueverunt et sunt solita perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et per-
petuo liberamus omnes et singulos kmetones ac incolas dictarum villarum, ab omni iurisdi-
cione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, iudicum, sub-
iudicum et quorumvis Officialium ac ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum
aliquo, pro causis sive parvis, sive magnis, puta, furti, homicidii, incendii, membrorum mutilacio-
ne, seu aliis enormibus causis aut excessibus, citati, minime respondebunt, nec aliquas penas
solvere tenebuntur; sed kmetones et incole dictarum villarum coram suis sculthetis, sculteti
vero coram suis dominis, non aliter quam suo iure Theutonico predicto de se querulantibus
tenebuntur respondere. In causis autem criminalibus ac capitalibus superius expressatis,
sculthetis dictarum villarum, diffiniendi, corrigendi, puniendi, plectendi, plenam et omnimodam
damus et concedimus potestatem ac facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus
suis punctis, sentenciis, articulis, capitulis et clausulis postulat et requirit. Iuribus tamen nostris
regalibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum -
Actum in Civitate nostra Torun Dominico ante festum Ascensionis domini, Anno eiusdem
Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo quinto. presentibus ibidem Reverendis, Magnifi-
cis, Generosis et Nobilibus Joanne Wladislaviensi, Andrea Posnaniensi Episcopis - Joanne de Than-
czin Cracoviensi, Luca de Gorca posnaniensi, petro de Opporow Lanciciensi palatinis. petro de
Schamotuli posnaniensi, petro de Gaij Calissiensi, Derslao de Rithwiany Rosperiensi, Castella-
nis et aliis quampluribus fidedignis circa premissa. Datum per manus magnificorum
Joannis de Conyeczpole Cancellarii, petri de Szczekoczini Vicecancellarii Regni polonie sincere
nobis dilectorum. Relacio eiusdem Magnifici Joannis de Conyeczpole Regni polonie Cancellarii. etc.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 42)


1456. d. 9. mens. Januar. [Piotrcov.]

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithvanie heres Russie et dominus prussie etc. Magnificis, Strenuis, et Generosis ac Nobilibus palatino, Castellano, Succamerario, iudici, subiudici et eorum Camerariis, Capitaneo ipsorumque vicecapitaneis sive Burgrabiis et quibusvis dignitariis terre Sandomiriensis et districtus Radomiriensis, salutem et favorem regium. Magnifici, Strenui, Generosi (et) Nobiles, sincere nobis dilecti. Cum Ecclia Cathedralis Cracoviensis certis prerogativis et libertatibus, dudum singulari benevolencia et favore Serenissimorum principum, Regum et ducum polonie est dotata, quod Sculteti, incole et subditi, utriusque sexus homines, de bonis Epalibus Ecclie Cracoviensis, non debeant ad Tribunal terrestris iudicii, ad instanciam quarumcunque personarum evocari, et evocati coram eodem respondere minime teneantur, sed per suum Epum aut eius Tenutarios iudicari debent: Quocirca volentes dictam Eccliam in suo iure et libertate conservare, ac Reverendum patrem Dominum Thomam Dei gracia Electum confirmatum Ecclie Cracoviensis prefate, favore nostro singulari prosequi, Omnes et singulos Scultetos, oppidanos, kmetones et incolas, utriusque sexus homines, in quibuscunque villis Epalibus Ecclie Cracoviensis prefate et presertim in clave Ilsensi in terra Sandomiriensi et districtu Radomiensi consistentes, a iurisdicione et iudicio vestro eximimus et excipimus per presentes. Mandantes vestris Sbus et districte precipientes, quatinus scultetos, kmethones et incolas utriusque sexus homines, de bonis Epalibus prefati Domini Thome pro quibuscunque causis magnis et parvis, criminalibus et personalibus et quibuslibet aliis, ad instanciam quarumcunque personarum nullatenus in vestris iudiciis aut extra iudicia iudicare presumatis, sed eos, quociens ad iudicium vestrum terrestre citarentur, ad Tribunal prefati domini Thome Electi confirmati Ecclie Cracoviensis, aut suos Tenutarios, pro administracione iusticie remittatis et remittere faciatis. Secus pro gracia nostra non facturi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in convencione generali piotrcoviensi, feria sexta infra Octavas Epiphanii Domini. Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Relacio Venerabilis Joannis Lutkonis de Brzeze utriusque iuris doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Regni polonie Vicecancellarii.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 29.)

Kasimirus dei gracia Rex polonie Magnus Dux Lituanie heres Russie et dominus prussie etc. Magnificis, Strenuis, Generosis, et Nobilibus, palatinis, Castellanis, Succamerariis, iudicibus, Subiudicibus et eorum Camerariis, Capitaneis et Vice Capitaneis sive Burgrabiis et quibusvis dignitariis terre Cracoviensis et districtuum eiusdem, Salutem et favorem regium. Magnifici, strenui, Generosi, et Nobiles sincere nobis dilecti. Cum Ecclia Cathedralis Cracoviensis certis privilegiis et libertatibus dudum singulari benevolencia et favore Serenissimorum principum Regum et Ducum polonie sit dotata, quod Sculteti, Cmethones, Incole et Subditi utriusque sexus homines de bonis Episcopalibus Ecclie Cracoviensis, non debeant ad tribunal iudicii terrestris, ad instanciam quarumcunque personarum evocari, et evocati coram eodem respondere minime teneantur, sed per suum Epum aut eius Tenutarios iudicari debent: Quocirca volentes dictam Ecctiam in suo iure et libertate conservare, et Reverendum patrem dominum Thomam dei gracia electum confirmatum Ecclie Cracoviensis prefate, favore nostro singulari prosequi, — omnes et singulos Sculteto, incolas et Kmethones utriusque sexus homines Ecclie Cracoviensis predicte, de quibuscunque clavibus et presertim de clave Lipowiecz, a iurisdicione et iudicio vestro eximimus et excipimus per presentes. Mandantes Vestris S. et districte precipientes, quatenus Scultetos, incolas, et Kmethones utriusque sexus homines, de bonis Epalibus prefati domini Thome, de clave presertim Lipowiecz, pro quibuscunque causis parvis et magnis criminalibus et personalibus et quibuslibet aliis, ad instanciam quarumcunque personarum, nullatenus in vestris iudiciis aut extra iudicia iudicare presumatis, sed eos quocies ad iudicium vestrum terrestre cittarentur, ad presenciam et tribunal prefati domini Thome Electi confirmati Ecclie Cracoviensis aut suos Tenutarios, pro administracione iusticie remittatis et remitti faciatis. Secus pro gracia nostra non facturi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Piotrcow feria sexta post festum Epifanie proxima. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Ad Relacionem venerabilis Joannis Lutek de Brzeze utriusque iuris Doctoris Gnesnensis Archidiaconi Regni polonie Vicecancellarii. —

(Lib. I. Priv. Cap. Crac. fol. verso 52.)



1456. [7.II, Cracoviae.]

Kasimirus Dei gracia Rex Polonie magnus dux Lithuanie, Russie, prussieque dominus et heres. Ad
perpetuam rei memoriam. Quamvis subditorum nostrorum iustas preces ad exaudicionis graciam liben=
ter admittimus, eas tamen que Eccie redolent honorem et profectum, clemencius suscipimus, et pro
merito divino nobis augendo, vendicionibus et empcionibus in sortem Ecclesiasticam ordinatis, libertatem
adicimus, ac illas decreto nostro stabilimus et perhennamus. proinde ad futurorum memoriam, Signi=
ficamus universis, quod Venerabilis Joannes Dlugosch Senior Canonicus Cracoviensis fidelis nobis di=
lectus, accedens nostre presenciam Maiestatis, supplicavit nobis humiliter et devote, quatinus ven=
dicionem et empcionem domus lapidee in platea Canonicorum seu castrensi, super fluvium Ruda=
va site, et aciali domui Canonicali, que quondam Castrense Balneum vocabatur, contigue, resi=
gnacionem quoque domus eiusdem in colloquio generali Cracoviense, per nobilem Petrum
Brenski eiusdem domus unicum et legitimum heredem et possessorem prefato Joanni Dlugosch se=
niori et Venerabili Capitulo Eccie Cracoviensis factam, admittere, literam quoque Bartholomei de Gori
iudicis et Petri de Czikowicze Subiudicis Cracoviensis, huiusmodi vendicionem et empcionem in se clare
continentem, tunc eciam coram nobis per eundem Joannem Dlugosch originaliter reproductam, confir=
mare, approbare, ratificare, et domum prenarratam sorti, condicioni, proprietati et libertati Ecclesiasti=
ce incorporare, inviscerare et applicare dignaremur. Cuius quidem littere tenor sequitur et est
talis: — „Nos Bartholomeus de Gori iudex, et Petrus de Czikowicze Subiudex terre Cracoviensis generales.
„Notum facimus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris,
„Quod in colloquio generali celebrato coram nobis et Magnificis dominis infrascriptis, nobiscum
„protunc in iudicio presidentibus, constitutus personaliter Nobilis Petrus de Bimnicza heres, sanus
„mente et corpore existens, non compulsus neque coactus, sed de bona sua voluntate, — totam domum
„muritam seu lapideam suam cum fundo, Cracovie sitam inter Domum acialem Domini Joannis
„Dlugosch ex una, et domini Petri Choranzicz parte ex altera, Canonicorum Cracoviensium, ex cessione
„paterna sibi devolutam, cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, proventibus, censi=
„bus et universis pertinenciis, dependenciis et coherenciis, quibuscunque dicantur nominibus, velut
„eadem domus in suis metis et limitibus, longe, late et et circumferencialiter ab aliis domibus est distincta,
„cum omnibus et singulis locis et cameris, que ibi hactenus sunt et in posterum fieri possunt, pro cen=
„tum marcis communis pecunie monete Cracoviensis numeri Polonicalis consueti, honorabili Domino Joan=
„ni Dlugosch Canonico prefato, et toti venerabili capitulo Eccie Cathedralis ~~Cracoviensis~~ Sancti Stanislai in castro
„Cracoviensi, in totum vendidit et in perpetuum iudicialiter resignavit, et per officialem Petrum Sitko
„iam dedit et de presenti dat intromissionem, cum censu anni presentis tenendam, habendam, utifruen=
„dam, possidendam, vendendam, donandam, commutandam, et in usus suos beneplacitos libere convertendam,
„prout ipsis aut eorum successoribus melius et utilius videbitur expedire: promittens ipsum Dominum
„Joannem Dlugosch Canonicum et totum Capitulum Cracoviense predictum, occasione premissorum
„ab omnibus impedimentis et damnis quarumlibet personarum utriusque sexus, secundum quod
„ad quamlibet personam pertinet prescripcio, iuxta consuetudinem terrestrem Cracoviensem,
„ubilibet intercedere et eliberare; et specialiter prefatus Petrus pro matre sua fideiussit ipsi Do=
„mino Joanni Canonico et toto capitulo predicto in hunc modum: Quod si et in quantum eadem
„mater eiusdem Petri, dotem et dotalicium suum super ipsa domo haberet, tunc idem Petrus occasio=
„ne eiusdem dotis et dotalicii, ab omnibus impedimentis et damnis ipsum dominum Joannem Dlugosch Ca=
„nonicum et Capitulum predictum intercedere et eliberare debebit: Sin autem ipsos non intercesserit, neque
„liberare curaverit sic ut superius prefertur, extunc non ipsorum Domini Joannis Dlugosch Canonici et
„capituli damnum, sed prefati Petri debet esse. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt
„appensa. Actum et datum Cracovie in colloquio generali celebrato die Sabbato proximo post festum purifi=
„cacionis beate Marie virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. presentibus
„his Magnificis dominis: Joanne Czissow Castellano et Capitaneo, Joanne de Thanczin palatino Cracoviensi, Nicolao
„de Ospolin Voiniciensi, Stanislao de Gorzice Malogostensi, loco domini Petri de Curow Sandecensis presidentis Castellani,
„Joanne de Bobrek Biecensi, Gregorio de Brannice Radomiensi Castellanis, pluribusque aliis dominis fidedignis.

[1451, 6.II, Cracoviae.]

Nos igitur Kasimirus Rex prefatus, supplicacionibus prefati Joannis Dlugosch benignitate Regia, velut iustis, acclinati, et ut Ecclesiam Cracoviensem ad exorandum pro nobis et felici statu Regni nostri Polonie, efficiamus obligaciorem, vendicionem, empcionem, resignacionem, cessionem domus et lapidee predicte, dicto Joanni Dlugosch et Capitulo Cracoviensi, per Petrum Brenski quomodolibet factam, ac literam prefatorum iudicis et Subiudicis, ipsam resignacionem continentem, in omnibus clausulis et punctis admittimus, ratificamus, approbamus, et confirmamus, ipsam quoque lapideam et domum sorti, proprietati, condicioni, et libertati ecclesiastice ascribimus, unimus, invisceramus, applicamus et incorporamus, ac illam ab omnibus mundanis oneribus, si quibus subiacebat, libertamus; statuto, laudo, ordinacione contrariis, quibus quo ad effectum presencium plene sorcientes derogatum esse de certa sciencia volumus, non obstante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Cracovie feria secunda in die Sancte Apolonie Virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. presentibus, Serenissima genitrice Nostra Domina Zophia Regina polonie, Magnificisque et Nobilibus viris Joanne de Thanczin Cracoviensi, Andrea Odrowansch Leopoliensi palatinis, Hincza de Rogow Castellano Siradiensi et Vicethesaurario, Nicolao de Brzesie Marschalco Regni polonie, Joanne de Pilcza, Nicolao de Chrzanstow Tribuno. Joanne de Cobilani Dapifero Cracoviensi, aliisque pluribus ad premissa. Datum per manus venerabilis Joannis Lutkonis de Brzesie utriusque iuris doctoris, Sacri palacii Apostolici Causarum Auditoris, Gnesnensis Archidiaconi et Regni polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 74. seq.)

Kasimirus dei gracia Rex polonie, Magnus dux Lithvanie, heres Russie et dominus prussie etc. Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Iudicibus, Subiudicibus Camerariis, Tenutariis, Burgrabiis, procuratoribus, viceprocuratoribus, ceterisque dignitariis et officialibus terrarum nostrarum et districtuum Cracoviensis, Sandomiriensis, Wisliciensis, Lublinensis et Lukoviensis, colloquiis et terminorum particularium iudiciis ubilibet celebrandis presidentibus, presentibus, requirentibus, fidelibus nostris dilectis, graciam Regiam cum nostro favore. Magnifici, strenui, generosi et nobiles, fideles nostri dilecti. Pro parte Reverendi in Christo patris Domini Thome Epi Cracoviensis sincere nobis dilecti, extitit propositum coram nobis: Quomodo contra iurisdicionem et Ecclesiasticam libertatem, per nos et predecessores nostros, sibi et Ecclie ipsius Cracoviensi concessam, homines et incole sui et dicte sue Ecclie Cracoviensis, ad vestri presenciam trahi et evocari sunt consueti: cum tamen exempti libertate Ecclesiastica predicta, dum pro quibuscunque causis per quempiam citati fuerint, ad iurisdicionem vestram non tenentur, nec subiacent eidem. Unde volentes prefatum Dominum Thomam Epum et Ecclesiam suam Cracoviensem circa libertates huiusmodi conservare, vobis omnibus et singulis premissis et cuilibet vestrum mandamus seriose, omnino habere volentes, quatinus prefatos homines et incolas predicti Domini Epi et Ecclie sue, si contingat per quempiam eosdem ad vestri presenciam evocari, peramplius iudicare, vel aliquam iurisdicionis potestatem in eis exercere, nulla presumatis racione. Sed omnes et singulos homines et incolas Ecclesiasticos ad ipsum Dominum Epum vel suos officiales remittatis iudicandos: et si quispiam accionis racionaliter aliquid contra ipsos habuerit, ad ipsum coram dicto Domino Epo vel suis ad id deputatis, iusticiam cum eis prosequatur, secundum quod dicte libertatis Ecclesiastice privilegia et munimenta, hoc ipsum lacius cavent (canunt) et demonstrant: Gracie nostre sub obtentu aliter facere non ausuri. Datum Cracovie feria secunda post conductum pasche. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Ad relacionem venerabilis Joannis Lutkonis de Brzezie utriusque iuris doctoris, Archidiaconi Gnesnensis, Regni polonie vicecancellarii, nostro sub sigillo.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 36.)

1457. [3. XII, Piotrkow.]

Kasimirus Dei gracia Rex polonie Magnus dux Litvanie, heres Russie et dominus prussie etc. Generoso Nicolao Pienyanzek de Vithowicze Sandecensi, Biecensi et Sanocensi Capitaneo, fideli nobis dilecto, graciam regiam cum favore. Generose fidelis noster dilecte. Quamquam felicis recordacionis Kasimirus Rex polonie predecessor noster cum plurimis hostibus Regni sui per multa tempora bella et expediciones habuerit, fecerit, tenuerit et egerit, nunquam tamen tempore felicis sui regiminis regni, tot et tam gravia damna, pericula, sacrilegia, effracciones ecclesiarum et devastaciones bonorum Ecclie et Monasteriorum fuerunt et sunt commissa, quot et quam gravia tempore nostri felicis regiminis Regni per bellatores, quod dolenter referimus, fuerunt et sunt commissa et perpetrata. Statuerat enim et laudabiliter ordinaverat prefatus predecessor noster cum prelatis et consiliariis Regni sui, quod omnes et singuli regnicole quocumque nomine censeantur, ad expedicionem euntes, nunquam in civitatibus, oppidis, villis, allodiis et aliis bonis tam Ecctiarum et monasteriorum quam secularium, que edificia haberent, sed in campis vel rubetis stacionem facere nullasque rapinas bonorum quorumcunque committere et violencias inferre cuiquam debuissent. Item statuerat cum prelatis et consiliariis predictis, pro leniori comparacione expensarum ad expedicionem euncium, commodo et utilitate Regni pensatis, quod euntes ad expedicionem pro expensis suis comparandis, bovem pro media marca, vaccam pro octo scotis, porcum pro fertone, mutonem pro duobus grossis, duas Aucas pro grosso, sex pullos eciam pro grosso, capetum tritici pro tribus grossis, capetum siliginis pro duobus grossis, et capetum avene eciam pro grosso emere debuissent. Quod statutum per longam consuetudinem terrigenarum nostrorum fuit et est tentum, et laudabiliter observatum; Sed tempore nostri felicis regiminis, quorundam regnicolarum nostrorum detestanda perversitas, nesciens abstinere a vetitis, neque debito modo gaudere concessis, tam laudabile statutum in abusum dammabilem deducendo, non tantum premissa sed multo plura maiora mala, que Maiestatis divine offensam et Regni nostri desolacionem inducere videntur, ferociter perpetrando commisit, prout ex subditorum nostrorum querelis et querulosis clamoribus percipimus, et nos ipsi certa experiencia probavimus, ex quibus in regno nostro multa scandala, magna pericula, et incommoda gravia, nec non destrucciones ecclesiarum et Monasteriorum sunt secuta, et ampliora sequi, nisi citi remedio succurratur, verisimiliter presumuntur in futurum. Nos igitur premissis malis occurrere et indemnitatibus regni nostri ac Ecctiarum et monasteriorum utilitatibus, provida circumspectione providere cupientes, tam laudabile statutum prefati nostri predecessoris, de consilio pariter et assensu prelatorum et Consiliariorum Regni nostri approbantes, illud auctoritate nostra regia confirmavimus et confirmamus, nostris tibi dantes in mandatis, quatinus tam laudabile statutum et ipsius approbacionem et confirmacionem, in civitatibus et oppidis regni nostri publicare et proclamare facias, illudque ab omnibus regnicolis nostris, sub obtentu gracie nostre observari precipias: Transgressores vero, nobis et illis quibus damna intulerint, penam Sedmnadzescza, vel maiorem penam terre illius, per cuius terrigenas predicto statuto contraventum fuerit, una cum illatis damnis et iniuriis solvere tenebuntur; que damna et iniurie per illius solius (sic) iuramentum cui illata fuerint, quicumque ille sit, coram te probari debent: exceptis pontificibus, qui cum sepius ex diversis causis in remotis partibus agere habent, per procuratores ipsorum discretos et idoneos spirituales vel nobiles seculares, coram te illud prestent. Tibi nihilominus huiusmodi transgressores Statuti, presenti nostra approbacione et confirmacione, iudicandi, condemnandi, satisfacere compellendi et puniendi, omnibus relacionibus remotis, omnimodam damus et committimus tenore presencium facultatem. Quod si tu in exhibendo

iusticia, iniurias aut damna passis, postquam per eos requisitus, negligens ~~et~~ aut remissus fueris, poterunt persone Ecclesiastice contra te ob huiusmodi negligenciam, uti iure spirituali, et per iudices Ecclesiasticos censuris ecclesiasticis compellere, quibus te subiicimus. Volumus tamen esse in opcione et arbitrio iniuriam aut damnum passi, quod possit et valeat super dampnis et iniuriis sibi illatis, ad Ecclesiasticum vel secularem iudicem pro iusticia recurrere. Mandantes eciam tibi, et omnino habere volentes, quod presentes nostras approbacionis et confirmacionis literas, in libro terrestri de verbo ad verbum, ad perpetuam rei memoriam, scribi et inseri facias in testimonium futurorum. Secus gracie nostre sub obtentu non facturus. Actum in convencione generali pro festo Sancte Catharine in piotrkow celebrata, Sabbato proximo post festum Sancti Andree Apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo, quinquagesimo septimo. Presentibus ibidem Reverendissimo Reverendisque in Christo patribus Dominis Joanne Sancte Gnesnensis Ecclie Archiepiscopo et primate, Thoma Cracoviensi, Joanne Wladislaviensi, Cancellario, Andrea posnaniensi Epis, venerabilique Joanne Lutkonis de Brzesie utriusque iuris doctore, Archidiacono Gnesnensi vicecancellario Regni polonie; nec non, magnificis, Generosis, strenuis et Nobilibus Joanne de Czizow Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Dorslao de Rithwiany Siradiensi, petro de Opporow Lanciciensi; Nicolao de Koscielecz Brzestensi, Joanne de Koscielecz Wladislaviensi Palatinis. Andrea de Sprowa palatino et Capitaneo Leopoliensi. petro de Schamotuli posnaniensi, petro de Gaij Calissiensi, Hincza de Rogow Siradiensi et Regni polonie Vicethezaurario, Crzeslao de Curozwanke Lublinensi, Joanne de Bobrek Biecensi, Petro de Moszczena Dobrinensi, petro de Strikow Inowlodzensi, Stanislao de Schidlowiecz Zarnoviensi Castellanis. Crzeslao Woischik de Woycza Cracoviensi, Sandivogio de Lanzenycze Sandomiriensi, Joanne Curopathwa de Lawruchow Lublinensi Succamerariis. Joanne de Sciekocin Sandomiriensi, et Capitaneo Lublinensi, Floriano de Pawronow Cracoviensi, Cristino de Smolitto Junowladislaviensi Dapiferis. Joanne Craska de Lubrycza Calissiensi, Jacobo de Dambno Cracoviensi, pincernis, et aliis quam pluribus fidedignis circa premissa. Datum per manus prefatorum Reverendi ~~in Chro~~ patris Domini Joannis Epi Wladislaviensis Cancellarii, et venerabilis Joannis Lutkonis de Brzezie utriusque iuris doctoris Archidiaconi Gnesnensis vicecancellarii Regni polonie; sincere nobis dilectorum. Nostro sigillo presentibus in fidem et testimonium premissorum subappenso. Ad Relacionem eiusdem Reverendi patris Domini Joannis Epi Wladislaviensis Regni Polonie Cancellarii.

(Lib. A priv. Cap. Cra. fol. 30. seq.)

1458.

Kasimirus dei gracia rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, heres Russie et dominus prussie &. Magnifico Joanni de Czissow Castellano et Capitaneo Cracoviensi sincere nobis dilecto, graciam Regiam cum favore. Magnifice domine, sincere nobis dilecte. Quamquam etc. (zgodnie odtąd z poprzedzającym aktem do Pieniężka zupełnie aż do końca, z małym tylko wyjątkiem w wierszu 35^tym^, gdzie po słowach: „et oppidis regni nostri„ tu dodaje jeszcze „Capitaneatus tui Cracoviensis„ – i znów dalej ~~wierszu 36~~ po słowach „regnicolis nostris„ tu jeszcze dodano „et presertim in Capitaneatu tuo Cracoviensi existentibus.„ Druga też mała różnica, iż przy wypisaniu baronów zamiast „Andrea de Sprowa Capit. et palat. Leopol„ stoi tutaj: „Andrea Odrowansch de Sprowa Cap. et. pal. Leopol„. –)

(Lib. I priv. Cap. Crac. fol. 33. seq.)

1457.

Kasimirus dei gracia Rex polonie, Magnus Dux Lithvanie, ~~heres~~ Russie ~~et~~ dominus, prussie ~~que~~ et heres &. – Magnifico Przedborio de Conyeczpole Castellano Sandomiriensi et Capitaneo Lelowiensi, sincere nobis dilecto, graciam regiam cum favore. Magnifice sincere nobis dilecte. Quamquam etc. (zgodnie odtąd zupełnie z poprzedzającym aktem do Pieniężka, aż do końca, z małym tylko dodatkiem w wierszu 34 i 35 mojej kopii, gdzie zamiast „oppidis regni nostri„ tu stoi „oppidis districtus tui Leloviensis„ – zresztą zupełnie wszystko jak w liście do Pieniężka.)

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 35. seq.)

1457.

Kasimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithvanie heres Russie et dominus prussie &. Magnifico Hincze de Rogow Castellano Siradiensi, Regni Polonie Vicethesaurario, nec non Radomiensi et Thczinensi Capitaneo sincere nobis dilecto, graciam regiam cum favore. Magnifice, sincere nobis dilecte. Quamquam &. (zgodnie odtąd zupełnie z aktem poprzedzającym do Pieniężka, aż do końca, gdzie atoli, po wypisanej dacie roku, tutaj odcięty cały szereg świadków prałatów i baronów, i tylko kończy się: „Ad relacionem Rev. patr. D. Joannis Epi. Vlad. R. P. Canc.„)

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 36. seq.)

1457.

Kasimirus dei gracia rex polonie, Magnus dux Lithvanie, heres Russie et dominus prussie &. Universis et singulis Capitaneis Regni nostri, tam generalibus quam particularibus quibuscumque, terris et districtibus presidentibus, nostris fidelibus dilectis, regiam favorem et graciam. Magnifici, Generosi, strenui et nobiles fideles nostri dilecti. Quamquam & (zgodnie odtąd zupełnie z aktem poprzedzającym do Pieniężka, wyjąwszy tylko, że w wierszu 33^cim^ mojej kopii stoi: „nostris tibi dantes in mandatis„ – zaś tu: „nostris Vobis et cuilibet vestrum dantes &.

w wierszu 35^tym^: – „proclamare facias„ – zaś tu „proclamare faciatis„
– 36^tym^ – „observari precipias„ – zaś tu „observari precipiatis„
– 40^tym^ – „coram te„ – zaś tu „coram vobis„
– 41. – Dtto – zaś tu Dtto
– 42. – „Tibi nihilominus„ – zaś tu „Vobis nihilominus
– 44. – „Quod si tu„ – zaś tu „Quod si vos aut aliquis ex vobis„
– 45. – „requisitus negligens aut remissus fueris. zaś tu: „requisiti, negligentes aut remissi fueritis.„
– 46. – „contra te„ – zaś tu „contra vos aut vestrum quemlibet.„
– 47 – „quibus te„ – zaś tu „quibus vos„
– 49 i 50. – „Mandantes etiam tibi„ – zaś tu „Mandantes vobis et cuilibet vestrum
– 53. – „inseri facias„ – zaś tu „inseri faciatis„
– 53. – „non facturus„ – zaś tu „non facturi„

Zresztą aż do ostatniego końca zupełnie tak jak w rzeczonym akcie –

(Lib. I priv. Cap. Crac. fol. verso 37 seq.)

1458 [15-XII, Cracoviae]

Mikołaj z Brzezia Lanckoroński, marszałek wielki koronny, darowuje wyspę między Wisłą i Stradomiem położoną, sobie przez Kazimierza Jagiellończyka nadaną, na własność klasztoru św. Katarzyny na Kazimierzu.

Raphael de Skawina prepositus Kielczewis, canonicus et officialis cracoviensis generalis. Universis et singulis, presentibus et futuris, presentes nostras literas inspecturis et visuris per presentes significamus, quomodo coram nobis et apud acta nostra personaliter et libere constitutus magnificus et strenuus vir, dominus Nicolaus de Brzezie heres marschalcusque regni Polonie non compulsus neque coactus animique sui optima deliberatione prehabita et, ut asserebat de consensu et voluntate suorum filiorum, insulam certam, alias vulgariter nuncupatam Oszep, sitam et iacentem in Stradomia, videlicet inter fluvium seu ripam Visle ex una et inter opidum Stradomia in dextra parte eundo versus Casimiriam, partibus ex altera cum omni iure, dominio, proprietate, ita late, ample et circumferentialiter, cum universis et singulis fructibus et proventibus, sicut solus iuxta literas serenissimi principis domini Casimiri Dei gratia moderni regis Polonie, magni ducis Lithvanie etc. desuper sibi concessas et coram nobis originaliter exhibitas tenuit et habuit et pacifice possedit — venerabili et religioso patri domino Petro moderno priori suisque successoribus ac toti conventui fratrum monasterii sancte Catharine in Casimiria pure et simpliciter propter Deum, pro salute sua et suorum predecessorum progenitorumque dedit, donavit, legavit, cessit et donatione irrevocabili in perpetuum contulit, per ipsos domino priori et totum conventum fratrum predictorum tenendam, habendam, vendendam, commutandam, utifruendam et in usus ipsorum beneplacitos convertendam. In quorum omnium

et singulor

et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes nostras literas sive presens publicum instrumentum huiusmodi donationem in se continentes sive continens, per notarium publicum infrascriptum nostrumque et facti huiusmodi coram nobis scribam, scribi, subscribi et publicari nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Actum et datum Cracovie in domo habitationis nostre, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, indictione sexta pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Pii divina providentia pape secundi, anno ipsius primo, die vero Veneris quintadecima mensis Decembris hora tertiarum vel quasi. Presentibus ibidem honorabili et nobilibus viris, dominis: Stanislao Swiradzki in Kościelec plebano et altarista altaris sancte Margarethe in ecclesia cathedrali cracoviensi maiori. Ioanne filio prefati domini marschalci, Stanislao Zarnowiecki de Zarnowiec nepote nostro et Sladniczki de Sladniki herede testibus ad premissa vocatis et rogatis, et me Bernardo Paulo de Mianow clerico gnesnensis diocesis, apostolica et imperiali authoritatibus notario publico nec non coram venerabili viro domino Raphaele de Makowina preposito Kielczensi, canonico et officiali cracoviensi generali, memorato causarum et facti huiusmodi scriba, qui huiusmodi donationem et legationem aliisque omnibus et singulis premissis dum sic agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia premissa sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manus alterius fidelis, me aliis prepedito, scriptum exinde confeci, me huic manu propria subscribens et in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi ac sigillum appendens, prefati domini Raphaelis officialis et de eius spirituali commisso communivi rogatus in fidem omnium premissorum.

O. 122 p. 985.

Zob. przywilej z r. 1363 gdzie i potwierdzenie niniejszej darowizny przez Zygmunta Augusta

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithwanie, Russie, prussie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, pomeranieque dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quomodo veniens ad Nostre Maiestatis presenciam famosus Stanislaus Snyoszek dictus, de Pabyanycze, sanus mente et corpore existens, animi sui mera deliberacione prehabita, recognovit se villam suam Malagorka nuncupatam vulgariter, ac totam eiusdem ville hereditatem, in terra Siradiensi et districtu Schadkoviensi sitam, omni cum iure et dominio, videlicet fructibus, censibus, utilitatibus, redditibus, qui in predicta hereditate sunt, vel in futurum fieri possent, nec non agris, campis, pratis, pascuis, gaijs, silvis, borris, rubetis, nemoribus, virgultis, densetis, indaginibus, venacionibus, piscinis, piscaturis, fluviis, molendinis, rivis, aquis et earum decursibus, Areis, domibus, tabernis, ortis, incolis et ortulanis, ac universis pertinenciis et obvencionibus ad dictam hereditatem quomodolibet spectantibus, quibuscunque censeantur nominibus, prout in suis limitibus circumferencialiter, longe ac late distincta est et limitata, nihil pro se aut suis successoribus legitimis, penitus in eadem iuris, proprietatis et dominii reservando, honorabili Andree de Pabyanycze dispensatori nostro et suis successoribus legitimis, pro octoaginta marcis communis monete et Numeri Regni Nostri Polonicalis consueti, in vim redempcionis infra hinc et quatuor annos integros, proxime se continue sequentes, vendidisse, et secundum iuris formam resignasse, et cum effectu vendidit et resignavit: tali tamen condicione interiecta, si idem Stanislaus Snyoszek, aliquo istorum quatuor annorum, eidem Andree Octoaginta marcas numeri prefati dederit et integre persolverit, extunc ipse Andreas villam prefatam parimodo, cum omni iure et dominio ut premissum est, eidem Stanislao resignabit, ac de eadem condescendet; si vero id non fecerit, extunc ipse Andreas et sui legitimi Successores, villam eandem Malagorka cum pleno iure in perpetuum habebit, possidebit, commutabit, donabit, utifruetur, et ad usus beneplacitos convertet, prout sibi et suis Successoribus legitimis sacius et utilius videbitur expedire. Idem eciam Stanislaus debet eundem Andream, ocasione dicte ville Malagorca, a qualibet persona sexus utriusque, cuiuscunque status et condicionis existat, secundum quod ad quamlibet personam prescripcio spectat et pertinet, tociens quociens oportunum fuerit, tueri, defendere et eliberare, iuxta consuetudinem et posicionem terre Siradiensis prefate. Et insuper memoratus Stanislaus eciam recognovit, quomodo eidem Andree coram nobilibus Joanne de Maiori Gorka et Joanne Sculteto. . . . . . (sic.) totalem in eandem villam superius scriptam, secundum posicionem terrestrem et iuris formam dedit intromissionem. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Brodnija feria quarta ante festum Sancti Viti. anno domini Millesimo, Quadringentesimo quinquagesimo nono: presentibus venerabili, Generosis et nobilibus Jacobo preposito ad Sanctum Florianum extra muros Cracovienses, — — Capitaneo Siradiensi, Nicolao Roza de Borzissowicze Magistro curie Serenissime domine Elizabet Regine polonie consortis nostre charissime. Jacobo de Lublin, Petro Donin de prawkowicze Marschalco nostro, Zawissio Magistro coquine nostre, et aliis quampluribus fidedignis. Relacio venerabilis Joannis Luthkonis de Brzezie doctoris in utroque, archidiaconi Gnesnensis et Regni polonie vicecancellarii—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 43.)

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei Memoriam. Quoniam sicut temporis mobilitas quietis nescia, successive labitur, ita actus humani, temporis fluxui commensurati, per decursum eiusdem a memoria solito elabuntur, proinde nos Kasimirus dei gracia Rex polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, ac Cuiavie, Magnus dux Lithwanie, Russie, prussie, dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris noticiam presencium habituris: Quomodo ad peticiones Reverendi in Christo patris domini Thome Epi Cracoviensis nobis sincere dilecti, oppidum mense sue Episcopalis et Ecclie Cracoviensis, nuncupatum Kielcze, nec non villas predicto oppido adiacentes, videlicet Brzeziny, Cowale, Ryda, Daleschicze, Bieliny, Skorzeszicze Gorne, Bielcza, Nyewachlow, Bobrza et Kostomlothi, ac alias omnes et singulas villas iam locatas et in posterum locandas, in terra Sandomiriensi et districtu Chanczinensi situatas, prout dictum oppidum Kielcze et ville superius expresse, in suis mettis et granicicbus longe late et circumferenciaIiter sunt distincte et limitate, de iure polonico in ius Teutonicum quod Srzedense sive Maideburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum. Removentes ab eodem oppido et villis supradictis, locatis et locandis in tota clawe Kielcensi, omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Teutonicum plerumque consueverunt perturbare. Eximimus insuper, absolvimus, et tempore perpetuo liberamus, omnes et singulos oppidanos, Kmetones incolas, Molendinatores, Tabernatores, ortulanos, ceterosque inhabitatores utriusque sexus, oppidi et villarum predictarum, ab omni iurisdicione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Burgrabiorum, iudicum et subiudicum, et quorumvis officialium et ministerialium eorundem, ita quod coram ipsos vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta, furti, incendii, sanguinis homicidii, mutilacionis membrorum, seu aliis quibuslibet enormibus excessibus, citati minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur. Sed tamen ipsi Oppidani, Kmetones, Tabernarii, Molendinatores, ortulani et alii omnes incole et inhabitatores oppidi prefati et villarum predictarum, coram suo Advocato vel Sculthetis, Advocatus vero vel similiter Sculteti coram predicto Reverendo patre Domino Thoma Epo Cracoviensi et coram suis Successoribus, seu Tenutariis eorum qui fuerint pro tempore, tenebuntur pro omnibus et singulis causis de se per quoscunque querulantibus non aliter quam suo iure Theutonico respondere. Dominus autem Epus aut suus Tenutarius, pro suis quibuscunque causis, tam Advocatum, quam Sculteta, Kmetones et incolas, iudicabit eo iure quo sibi placuerit aut visum conveniens fuerit, infra mettas et granicies oppidi prefati et villarum predictarum. Cui quidem Domino Epo, iudicandi, sentenciandi, puniendi, corrigendi, plectendi et penas tollendi et levandi, plenam et omnimodam damus et concedimus facultatem, prout ius huiusmodi Srzedense sive Maideburgense, in omnibus suis punctis, condicionibus, clausulis et articulis postulat et requirit. Volumus eciam, et seriose observari precipimus, quod pro ostensione presentis litere nostre, Sociens quociens id fieri contingat in iudiciis nostris et vestris, non plus quam duos grossos communes exigere, et literam hanc vicaversa exhibenti, sine quavis retencione libere restituere debeatis. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum in Piotrcow in Convencione generali, pro festo Sti Nicolai celebrata feria quarta ante festum Sancte Lucie proxima. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. presentibus ibidem Reverendissimo reverendisque in Christo patribus dominis, Joanne Sancte Ecclie Gnesnensis Archiepiscopo et primate Joanne Wladislaviensi,

Andrea Posnaniensi Epis. Joanne de Thanczin Castellano Cracoviensi, Luca de Gorka Posnaniensi, Stanislao de Ostrorog Kalisiensi, Derslao de Rithwyany Siradiensi palatinis, Petro de Schamotuli Posnaniensi, Joanne de Czarnkow Gneznensi, Petro de Gaij Calisiensi, Przedborio de Conyecspole Sandomiriensi, Dobeslao de Visznycze Beecensi, Petro de Curow Sandecensi, Castellanis. Andrea Odrowansch de Sprowa palatino Russie et Capitaneo Leopoliensi et aliis quam pluribus dignitariis, officialibus et servitoribus ac curialibus nostris fidedignis fidelibusque nostris dilectis, circa premissa. Datum per manus Reverendi in Christo patris Domini Joannis Epi Wladislaviensis Cancellarii, et Venerabilis Joannis Luthconis de Brzezie utriusque iuris doctoris, Archidiaconi Gnesnensis, Vicecancellarii Regni Polonie nostri, sincere nobis dilectorum. Ad relacionem eiusdem Venerabilis Joannis Luthconis de Brzesie utriusque iuris doctoris, Archidiaconi Gnesnensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 44.)

1460, dnia 6 lutego w Krakowie.

Nos Iohannes Rokosch de Coszycze Iudex et Iohannes de Pielgrzymowicze Subiudex terre Cracouiensis generales, Notum facimus quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, Quod cum et quando Magnificus Dominus Hyncza de Rogow Castellanus Syradiensis et Regni Polonie Vicethezaurarius Ad Conuencionem Piotrkouiensem Generalem celebrandam post festum Sancti Bartholomei Apostoli de Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono Deodicatam Dorotheam Abbatissam cum suo Conuentu Monasterij Sancti Andree in Cracouia de bonis ipsarum Czykarzow et Mikanow citauit et citari procurauit pro eo, Quod ipsius homines et incolas de opido Brzesnicza In oppido ipsarum Skala Arestauerunt et Arestare fecerunt, Teloneaque ab ipsis hominibus exigerent et exigere facerent, que telonea vt descriptum est in citacione prefati Ciues a Centum annis citra et tempore Regum scilicet Kazimiri et Vladislai utriusque predecessorum nunquam soluebant, Quia violencia et oppressione iniuriarum prefati Ciues de Ciuitate recedunt domibus et habitacionibus proprijs derelictis, ciuitas quoque ipsa deseratur censusque diminuuntur ita boni sicut ducente marce et totidem damni. Tandem vero ex mandato Serenissimi Principis et domini Domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie Dominorumque Consiliariorum in ipsa Conuencione Piotrcouiensi protunc existencium, terminus in Cracouia tercia die post felicem Domini regis ingressum ipsis partibus est datus et assignatus et in actis ibidem scriptus. Adueniente vero ipso termino in Cracouia tercia die post felicem Domini Regis ingressum, Tunc coram nobis et assessoribus nostris nobiscum in Curia prefati Serenissimi Domini Regis Kazimiri iudicialiter presidentibus, Prefate videlicet Dorothea

Abbatissa cum suo Conuentu Sancti Andree terminum ipsis assignatum per suum procuratorem legittimum cum procuratorio attentauerunt. Qui Magnificus Dominus Hyncza existens actor nec per se neque per suum responsalem iuri minime parere curauit nec eundem terminum attentauit, vnde prefata Dorothea Abbatissa cum suo Conuentu ipsum Dominum Hynczam in eodem termino condemnauerunt et terminum astiterunt pro premissis iuxta tenorem cittacionis litere regalis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracouie in Curia Serenissimi principis et Domini Domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie Feria Quarta ipso die Sancte Dorothee Virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo. Presentibus his Generosis Dominis: Iohanne Beyzath Curie Marschalco, Iohanne Galka de Miedzwiedz, Petro de Vlyna Burgrabijs, Nicolao Grzymala de Zwierzyniecz Iudice Castrensi, Iohanne Kowalowski pluribusque alijs testibus fidedignis.

Oryginał zaginął. Kopia powyższa wypisana z księgi S. str. 204.

(: Ar. św. Andr. :)

1460 99

Obl. Crac. 156, p. 3203.

[7-III, Cracoviae.]

In nomine Domini Amen. Cum omnia
gesta sub tempore facile oblivionis la„
buntur nisi ea sagax humana ratio scri
pture patrocinio et testium annotatione per„
petue memorie commendaret. Proinde nos
Casimirus Dei gratia rex Polonie, magnus
dux Lithwanie nec non terrarum Cracovie
Sandomirie, Lancicie, Kujavie, Pomeranie,
Russie, Prussieque dominus et heres signifi„
camus tenore presentium quibus expedit
presentibus et futuris, quomodo majesta„
tis nostre personaliter accedens presen„
tiam generosus Joannes, filius generosi An„
dree de Thanczyn, noster fidelis dilectus
non compulsus, ~~non~~ nec coactus, nec aliquo
errore seductus, sed animi sui cum bona
deliberatione, mente et corpore sanus esci
stens recognovit per expressum ad permu„
tationem certorum bonorum immobilium
et perpetuorum per prefatum Andream
Thanczynski patrem suum cum honora„
bili ac religioso Martino priore monaste„
rii sancte Marie in Ilkuss et suo conventu
pro certis ipsorum bonis Diebus paulo superio
ribus coram nobis factam et resignatam
per nosque approbatam et admissam et
aliis litteris nostris patentibus De Data
in hoc loco feria quinta proxima post
festum sancte Dorothee virginis concessis
et emanatis roboratam, seu consensum
pariterque assensum ac voluntatem con„
cessisse et dedisse et grantum (sic) est pro

suo interesse et jure quod sibi in hujus-
modi bonis permutatis ex vi propinqui-
tatis post matrem olim suam compete-
bat, ad eandem permutationem, consen-
tit et assentit et eam ratam et gratam,
acceptam, firmam et inviolabilem
se fossus (e) est perpetuo habiturum, tan-
quam eam per se ipsum fecisset et
juxta consuetudinis exigentiam memo-
ratis priori et conventui resignasset.
harum, quibus sigillum nostrum ap-
pensum est, testimonio literarum.
Actum Cracovie feria sexta quatuor
temporum post dominicam Invocavit
proxima, anno Domini millesimo, qua-
dringentesimo sexagesimo presentibus ma-
gnificis et generosis Joanne de Thanczyn,
Cracoviensi, Stanislao de Ostrorog pa-
latino Calissiensi, Boleslao Comita de
Wisnicze Voynicensi, Felice de Tarnow
Becensi, Nicolao de Zakrzow, Visliciensi,
castellanis, Nicolao de Brzezie, regni no-
stri marschalco, Nicolao de Witowice, suc-
camerario et capitaneo Cracoviensi, alijsque
quam pluribus testibus ad premissa.*
Datum per manus venerabilis et egre-
gij Joannis de Brzezie juris utriusque
doctoris, sedis Apostolice prothonotarij
et ejusdem sacri palatij causarum audi-
toris, archidiaconi Gnesnensis et regni
Polonie vicecancellarij, sincere nobis dilecti

Locus sigilli pensilis. Ad relationem ejusdem venerabilis et eggregij Joannis de Brzezie, doctoris juris utriusque, sedis Apostolice prothonotarij et ejusdem sacri palatij causarum auditoris, archidiaconi Gnesnensis et regni Polonie vicecancellarij. —

1460. [12.V, Rosan.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Conradus, Kasimirus, Boleslaus et Iohannes dei gracia duces Mazovie Russie terrarum Necnon Warschovienses, Wischogrodienses, Zacrocimenses, Czechonovienses domini et heredes Czirnenses, Significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quibus expedit generaliter vniuersis, Quia animaduertentes prona et fidelia seruicia nobis per Nobiles Laurencium, Petrum filios olim Preczslai de Glinki exhibita et impensa, ad que aucto fidelitatis studio vna cum ipsius posteris imposterum exhibenda nobis et nostris successoribus se reddiderunt promores, horum meritorum ob respectum cupientes ipsos Laurencium et Petrum et ipsorum successores legitimos infrascriptos Iuribus illustrare, hereditates ipsorum videlicet Drazewo, Mamino, Szadikerz volentes ad vtilitatem deducere ampliorem, Ipsas de iure Polonico in ius Theutonicum, quod Chulmense dicitur, exnunc transferimus et transmutamus cum omnibus disposicionibus, punctis, condicionibus, articulis et clausulis generaliter vniuersis. verum quia pro huiusmodi iuris et gracie donacione omnes et singuli incole et seu Cmethones dictarum hereditatum singulis annis perpetuisque temporibus de quolibet manso culto et possesso ad quodlibet festum Sancti Martini Confessoris et Episcopi Venerandi per Octo grossos latos Pragenses racione annualis pensionis nobis et nostris successoribus dare et soluere tenean-tur: in cuius recompensam volumus, quod Incole prefatarum hereditatum ab omnibus et singulis nostris solucionibus, contribucionibus, exaccionibus, vexacionibus, laboribus, censibus et a ceteris collectis, grauaminibus ipsius iuris Polonicalis, angarijs et perangarijs generaliter vniuersis sint soluti, liberi penitus et exempti, Castrorum nostrorum quorumlibet laboribus duntaxat exceptis. Ad quorum operam vna cum alijs Incolis in simili Iure Theutonico Chulmensi locatis transire tenebuntur totiens, quociens fuerit oportunum. Eo eciam preserim excepto, quod cum nupcias nostras aut puerorum nostrorum sexus vtriusque nos diuina disposicione celebrare aut terram redimere aut aliam emere, aut quod absit, nos seu quempiam ex filijs nostris captiuitatem incurrere contigerit, Tunc volumus

quod Incole dictarum hereditatum tantam et talem nobis et nostris successoribus persoluant exaccionem, quantam et qualem super alias villas seu hereditates in generali Iure Theutonico Chulmensi locatas pro illa vice generaliter duxerimus imponendam. Preterea absoluimus omnes Incolas dictarum hereditatum ab omnibus Iudicijs nostris omnium Iudicum, subiudicum nostrorum Pallatinorum, Castellanorum, Officialium et Ministerialium quorumcunque, Ita vt de cetero per eosdem non iudicentur nec cittentur, et cittati non compareant, pena eos nulla sequente, nisi coram prenominatis nostris fidelibus Laurencio et Petro et ipsorum legitimis successoribus aut coram Sculteto Iure proprio Theutonico Chulmensi vnicuique ad obiectam respondeant. Inter cetera conferimus eisdem nostris fidelibus et ipsorum successoribus legitimis, quod quocienscumque et quandocumque Incole dictarum hereditatum Drazewo, Mamino et Szadilerz se mutuo occiderint, tociens integram penam Capitalem huiusmodi pro se recipient et leuabunt. Et(iam) damus dictis nostris fidelibus et ipsorum legitimis successoribus infra granicies dictarum hereditatum omnes causas tam magnas quam paruas criminales et ciuiles iudicare, carceresque et patibula erigere, omnes excessus et delicta punire, equalitatem pene pro equalitate criminis imponendo, ubi vis vindictam sanguinis effusione, mutilacione membri aut vltimum supplicium exigat et deposcat. In cuius rei testimonium sigillum preclari principis Domini Boleslai Ducis Masouie fratris nostri Karissimi manus de certa nostra sciencia presentibus est appensum. Actum et datum in Rozan feria tercia ante festum Sancte Sophie, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo, presentibus Dominis: Nicolao Nagorka de Dzirzgowo, Castellano Czechonouiensi, Ninoczneo de Crissko Iudice Wischogrodiensi, Iacobo Lubeczki Succamerario Wischogrodiensi, Tiborio Pocztha de Czunicze Magistro Curie, Iohanne de Crissko Viceccancellario nostro, Andrea de Gosczaczicze Vicethesaurario nostro Et alijs quam pluribus Nobilibus fidelibus fidedignis testibus circa premissa. Scriptum per manus Mathie de Tharnowo Plocensis, Warschouiensis Canonici, Rectoris parochie in Crisko et aliar. et curie nostre Cancellarij, qui presencia habuit [in commissis].

Z kopii senat. Stronczyńskiego bez bliż-
szego oznaczenia skąd wzięta.

In nomine Domini Amen. Oculata et solers hominibus infusa providencia constituit, quos=
vis actus eorum in tempore versantes, presertim regum et principum donaciones, ne errore
oblivionis successu temporis confundantur, litterarum apicibus, sigillorum munimine, ac
testium patrocinio firmandos et perhennandos. Nos igitur Kazimirus Dei gracia Rex
Polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, magnus dux Lithvanie, Russie,
Prussie, nec non Culmensis, Elbingensis, Konisbergensis et Pomeranie terrarum heres et dominus.
Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum
noticiam habituris. et cum Regia celsitudo personis, eorum dignis meritorum titulis de=
poscentibus, dexteram sue munificencie solita est extendere, ad illarum profecto persona=
rum status accommodos, et honores ampliandos, aciem mentis nostre potissime, de innata
celsitudinis nostre clemencia, convertimus, qui fida obsequiorum constancia, et illibata
virtutum, meritorum, et morum prestancia, Maiestati nostre se meruerunt reddere gratissi=
mas et acceptas: animadvertentes magnifici et strenui Militis Jacobi de Dambno regni
nostri Polonie Thezaurarii, Sandecensis, Biecensis et Predecensis Capitanei, sincere fidelisque
nostri dilecti, alta virtutum merita, indefesse fidei constanciam, et obsequiorum gratuitorum
excellenciam, quibus maiestatem nostram non sine ingenti opera, accurato studio, magnis
sumptibus impensis et sue persone dispendio impavide non parcendo, veneratus est, in futu=
rumque aucto obsequiorum suorum studio, ad nostrarum laudum extollenda preconia, tan=
to ferveuciori animo se exhibebit, horum intuitu, eidem Jacobo Thezaurario et suis
legitimis successoribus, in area seu planicie inter stabularia castri nostri Cracoviensis
ex una, ac inter Turrim seu portam ac murum versus pontem regalem tendencia, que
vulgari appellacione porta Kazimiriensis appellatur, ac circa litus fluvii Rudava vocati,
ex aliis partibus, in civitate et sub castro nostro prefato Cracoviensi sita, de sciencia et assensu
nostris specialibus, graciaque regia singulari, plenam facultatem et omnimodam licenciam ac
potestatem damus, concedimus, largimur, et prebemus tenore presencium mediante, domum sive
domos cum curia, de lapidibus, lateribus, sive ligneis structuris, edificandi, erigendi, construendi,
edificiaque sive structuras eiusdem domus in muro et supra murum civitatis, predicte aree
contiguum et vicinum extendendi, elevandi, ac construendi, in eisdemque domibus fenestras
et cancellos necessarios et opportunos, ibidem in muro civitatis versus pontem regalem tendentis
et declinantes, faciendi, disponendi, ordinandi, et conficiendi. Que quidem domicilia sive domum
sic edificanda, ipse Jacobus Thezaurarius et sui legitimi Successores habebunt, tenebunt et possi=
debunt, pacifice et quiete perpetuis temporibus ac eviternis. Harum quibus sigillum no=
strum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in conevencione generali
Piotrcoviensi dominico ante festum conversionis Sancti Pauli Apostoli. Anno domini
Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. presentibus ibidem Reverendissimo Reverendis=
que in Christo patribus dominis Joanne Sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepiscopo et primate, Joanne
Wladislaviensi et Regni Polonie Cancellario, Andrea Posnaniensi dei gracia Episcopis, nec non Magni=
ficis et Generosis Luca de Gorka Posnaniensi, Joanne de Pilcza Cracoviensi, Stanislao de
Ostrorog Calisiensi, Derslao de Rithwyany Sandomiriensi, Sandivogio de Laszenycze Si=
radiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Coscieletz Brestensi, Joanne de eadem
Koscieletz Junioriwladislaviensi, Andrea Odrowanseh de Sprowa Leopoliensi et Capitaneo Russie
Stanislao de Choteez Podolie et Capitaneo Haliciensi, palatinis. Petro de Schamotuli Po=
znaniensi et Capitaneo Maioris Polonie generali. Petro de Gaij Calisiensi, Hinco de Ro=
gow Sandomiriensi, Joanne Zaramba de Calinowa Siradiensi, Thoma de Sobota Lanciciensi,
Andrea de Wrelkow Brestensi, Dobeslao Kmitha de Wissnijcze Voiniciensi, Cristino de Smolsko
Juniorwladislaviensi Castellanis, et aliis quam pluribus fidedignis testibus circa premissa. Datum
per manus Reverendorum patrum dominorum Joannis Wladislaviensis Episcopi et Cancellarii, et Joannis de
Brzesie iuris utriusque doctoris Electi Ecclesie Cracoviensis, Vicecancellarii Regni Polonie, nobis sincere dilectorum.
Relacio eiusdem Reverendi in Christo patris domini Joannis de Brzesie, iuris utriusque doctoris, Electi Ecclesie Cracoviensis,
Regni Polonie vicecancellarii.
(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 50.)

Va
et h
bilis
sis p
rispo
que,
raver
stran
seu i
aut
victu
lem
ullon
esta
ta fe
tercio
Elec

1463. [7.XI, Schadek.]

Kazimirus Dei gracia Rex polonie Magnus Dux Lithvanie, Russie prussieque Dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis: Quod licet alias Venerabilis Joannes Rzeschowski Canonicus Cracoviensis, bonorum venerabilis Capituli Cracoviensis Pabianycze dictorum Tenutarius, nobis grate dilectus, nos cum consorte nostra Charissima et Curia, de dictis bonis ibidem in Pabianycze tum eciam in Tuschin, plerumque in descensu nostro per illa loca exceperit, pro honore nostro tractaverit et honoraverit, nobis et pretactum aut necessaria victualium pro necessitate liberaliter ministrando, fatemur nihilominus eum premissa non ex debito aut aliqua consuetudine seu iure, sed sponte et libere ac voluntarie egisse et fecisse. Unde et eandem nostram aut Consortis nostre Charissime aut curie excepcionem, honoracionem, necessariorumque victualium amministracionem pretactam, in sequelam aut consuetudinem aliqualem inducere aut trahere volumus, et presentibus non trahendum, nec inducendum ullomodo promittimus et spondemus. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Datum in Schadek feria secunda proxima ante festum Sancti Martini, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Relacio Reverendi patris Domini Joannis de Brzezie iuris utriusque Doctoris, Electi confirmati Ecclie Wladislaviensis. Regni polonie vicecancellarii.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 43.)

Kasimirus dei gracia Rex polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Magnus dux Lituanie, Russie, prussie, nec non Culmensis, Elbingensis, Konisbergensis et pomeranie terrarum dominus et heres. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi quelibet pia subditorum nostrorum vota, benivolencie favore prosequimur, illa tamen que pro salute animarum, nec non commodo et honore Ecclie et ecclesiasticarum personarum salubriter disponantur, affectuosius prosequi animis desideramus. proinde Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris: Quod Magnificus et Nobilis Miles noster Hyncza de Rogow Castellanus Sandomiriensis, proprie et suorum parentum, fratrum et consanguineorum consulturus saluti, in Ecctiam quoque Cracoviensem, apud quam elegit tumulari, ostensurus pietatem, nostram in plena sui corporis et animi sanitate, et matura fretus amicorum deliberacione, accedens presenciam, duas domos suas in civitate nostra Cracoviensi, in platea Canonicali sitas, unam videlicet ligneam acialem, Cyrotecarii Stanislai domui a tergo contiguam, stabuli nomine in presenciarum vocitatam, alteram muratam, inter Canonistarum Collegium ab una et Viccariorum Cracoviensium domos, partibus ab altera positam, pleno iure ad ipsum Hynczam de Rogow pertinentes, nulli alteri obligatas vel obnoxias, Venerabilibus viris prelatis et Canonicis, totique Capitulo Ecctie Cracoviensis, cum omnibus et singulis earundem duarum domorum attinenciis, pertinenciis, iure, proprietate et dominio et connexis, et prout illas hactenus tenuit et possedit, nihil sibi iuris, proprietatis et dominii in eisdem reservando, et prout eedem domus in suo situ et locacione in latum et longum et circumferencialiter ab aliis sunt disterminate et sedancte, dedit, contulit, donavit et resignavit, donacione quoque perpetua et irrevocabili dat, confert, donat et resignat, per ipsos prelatos et Canonicos Cracovienses habendas, tenendas, possidendas et pro suo beneplacito locandas et inhabitandas, commutandas et in usus beneplacitos convertendas: Sub eo tamen onere et condicione, quod predicti prelati et Canonici Cracovienses, morte eiusdem Hincze de Rogow secuta, in eius anniversarii obitus die, pro sua et parentis sui Hincze de Rogow Castellani Rosperiensis et Regni polonie vicethezaurarii, et germani sui Henrici de Rogow Regni eiusdem polonie Vicethezaurarii, animarum consequenda beatitudine et salute, anniversarium perpetuum sub novem leccionibus et missa cantu explendis, tenebuntur per se ipsos peragere, duas quoque marcas monete et numeri polonicalium, quarum unam, domum acialem, alteram, domum muratam Cracovienses, Canonici inhabitantes, annis singulis temporibus perpetuis, pro censu terreno solvere teneantur, inter prelatos et Canonicos Cracovienses in anniversario huiusmodi presentes, distribuere et dispensare, duas missas pro animabus predictorum militum expleturos: Petens suppliciter donacionem et resignacionem domorum predictarum, per nos admitti, ratificari, et confirmari, et domos ipsas in sortem et libertatem Ecclesiasticam transferri. Nos autem peticioni sue Regia munificencia favorabiliter annuentes, donacionem, largicionem et resignacionem domorum predictarum, non per errorem aut improvide, sed de certa nostra sciencia admittimus, ratificamus, et confirmamus, domosque ipsas ab omni onere, servicio, expedicione, generali et particulari, contribucione, et a qualibet servitute eximimus et libertamus, et in ecclesiasticam transferrimus sortem et libertatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. datum in piotrcow in convencione generali, feria secunda pro die Sancti Hedvigis celebrata. Anno domini Millesimo quadringentesimo, sexagesimo quarto. presentibus Reverendis in Chro patribus Dominis Joanne Cracoviensi,

Regni Polonie Cancellario ad Ecclesiam Gnesnensem postulato. Joanne Wladislaviensi Regni Polonie Vicecancellario, Andrea Poznaniensi, Nicolao Camyenecensi, Epis, nec non Magnificis et Nobilibus Joanne de Tanczin Castellano, Joanne de Pilcza Palatino Cracoviensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Derslao de Ritvyani Sandomiriensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Sandivogio de Laszienicze Siradiensi, Nicolao de Coscielecz Brestensi, Andrea Odrowansch de Sprowa Leopoliensi, Petro de Schamotuli Poznaniensi, Nicolao de Gai Calissiensi, Dobeslao Kmitha de Wissnicze Lublinensi, Joanne de Czarnkow Gnesnensi Castellanis. Joanne de Ritviani Regni Polonie Marschalco, Capitaneo Sandomiriensi et Jacobo de Dambno Vicethesaurario Regni Polonie et Capitaneo Cracoviensi, Aliisque fidelibus nostris testibus ad premissa. Datum per manus eiusdem Reverendi patris domini Joannis Epi Cracoviensis et Regni Polonie Cancellarii sincere nobis dilecti. Ad relacionem eiusdem Reverendi in Christo patris domini Joannis Epi Cracoviensis et Regni Polonie Cancellarii—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 77. seq.)

1464. [20-21. X, Piotrcoviae.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ut actus hominum ab humana, successu temporum, non labantur memoria, magnifica Regum providencia consuevit ea apicibus et testium annotacione perhennari. proinde nos Kazimirus dei gracia Rex polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, magnus dux Lituanie, Russie, prussie, nec non Culmensis, Elbingensis, Konisbergensis et Pomeranie terrarum dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo pro parte venerabilium et honorabilium prelatorum et Canonicorum, tociusque Capituli Eccliae Cathedralis Cracoviensis, oblata Maiestati nostre continebat peticio, quatinus villas et hereditates ipsorum, videlicet, Bieszanow, Kaijm, Raciborowicze, Wilczansze, Dziekanowice, Withkowicze, Thanye, Brzesze, Rudawa, Loszoszkowicze, Grambolow, Gosciza, Vagercze, Smenyowicze, Wanszow, Zielonki, Gardlicza, pichowicze, Vola Gardliska, Borek, Borkow, Kobilany, Brzesznitka, Dzerzkow, Brocklin, Mistrzowicze, Wianozkowicze, Doyasdow, Zakrzow, Przemyanczicze, Boszuthow, Bodzow, Czechi, in Cracoviensi et Sandomiriensi terris ac districtibus earundem terrarum, sitas, de iure polonico in ius Theutonicum quod Maideburgense dicitur, transferre dignaremur. Quorum quidem votis et peticionibus iustis possibilibus et racionabilibus benigniter annuentes, ipsas villas et hereditates, prout in suis metis, limitibus, et graniciebus, longe, late, et circumferencialiter sunt distincte et limitate, de iure Polonico in ius Theutonicum quod Maideburgense dicitur transferrimus perpetue duraturum: Removentes ibidem omnia iura polonicalia, ruthenica et quevis alia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum plerumque perturbare consueverunt et solita sunt. Eximimus insuper absolvimus perpetue et liberamus omnes et singulos predictarum villarum kmethones et incolas, ab omni iurisdicione, iudicio et potestate omnium regni nostri palatinorum, Castellanorum, Succamerariorum, Capitaneorum, iudicum, subiudicum et quorumvis officialium ac ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, incendii, homicidii, membrorum mutilacione, seu quibusvis aliis enormibus excessibus, in quantum citati fuerint, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur. Sed ipsi kmetones et incole predictarum villarum, coram suis prelatis et Canonicis seu heredibus aut Successoribus eorundem legitimis, et sculletis ipsorum pro tempore existentibus, Sculletus vero quilibet memoratarum villarum coram predictis prelatis et Canonicis et successoribus ipsorum, aut coram iudicio nostro generali, dum tamen per litteram nostram, sigillo nostro sigillatam citati fuerint, et hoc si in reddenda iusticia negligentes fuerint et remissi, tunc non aliter quam eorum iure Theutonico de se queralantibus respondere sint astricti. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressis, advocati seu sculteti ipsorum prelatorum et Canonicorum pro tempore existencium (sic) habebunt intra metas, limites et granicies, iudicandi, puniendi, sentenciandi, corrigendi, diffiniendi, plectendi atque condemnandi plenam et omnimodam facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, condicionibus, sentenciis, capitulis, postulat et requirit. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum piotrcovie in convencione generali pro festo sancte Hedwigis celebrata, Sabbato undecim millia virginum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. presentibus Reverendis in Chro patribus Dominis Joanne Cracoviensi, Regni Polonie Cancellario, Joanne Wladislaviensi Regni polonie vicecancellario, Andrea posnaniensi, Nicolao Camenecensi, Epis, nec non magnificis et generosis Joanne de Thanczin Castellano, Joanne de Pilcza Palatino

Cracoviensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Derslao de Ritwyany Sandomiriensi palatinis. Joanne de Rithviany Marschalco Regni polonie et Capitaneo Sandomiriensi et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa. Datum per manus eiusdem Reverendi in Christo patris domini Joannis Epi Cracoviensis et Regni polonie Cancellarii, sincere nobis dilecti. Ad relacionem eiusdem Reverendi in Christo patris domini Joannis Epi Cracoviensis, Regni polonie Cancellarii —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 47.)

106

1465, 7 lipca w Jędrzejowie.

~~f. 42.~~ Kazimierz Jagiellończyk król polski nadaje miastu Jędrzejowowi jarmark na święto Narodzenia Panny Maryi.

In nomine domini amen. Ne error obliuionis gestis sub tempore versantibus difficultates pariat et detrimenta, alta regum et principum consilia decreuerunt ea litterarum apicibus et testium annotacione perhennare. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Casimirus dei gracia rex Polonie, nec non Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lanciciė, Cuiauie, magnus dux Lithuanie Russie, Prussieque nec non Culmensis, Elbingensis, Konissbergensis et Pomeranie terrarum heres et dominus, Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo volentes opfidi nostri Andrzeiow in terra Cracouiensi sibi condicionem facere meliorem, vt tempore nostri felicis regiminis ampliora posset recipere incrementa, in ipso

oppido Andrzeiow forum annuale siue nundinarum pro die et festo Natiuitatis B. V. Marie singulis annis sine tamen preiudicio aliarum ciuitatum et oppidorum circumquaque iacencium, indiximus, statuimus, posuimus et firmauimus, indicimusque, imponimus et instituimus perpetue et in euum tenore presencium mediante ab omnibus et singulis mercatoribus, vectoribus et populis cuiuscunque status et condicionis aut preeminencie existant in omnibus mercancijs atque rebus cuiuscunque generis, speciei aut materiei fuerint, more aliarum ciuitatum et oppidorum regni nostri realiter exercendum et celebrandum, volentes et presentis scripti patrocinio decernentes, vt quicunque homines sexus vtriusque et huiusmodi nundinas pro ipso festo Natiuitatis Marie Virginis ad dictum oppidum Andrzeiow gracia emendi, vendendi, et res pro rebus commutandi accesserint, tam in accedendo, quam in recedendo securitate plenaria et

sufficienti gaudeant et potiantur, nisi
tales sint, quos iura non permittunt,
et quibus merito consorcia Christi fi-
delium denegatur. Pro tanto vniuer-
sis et singulis palatinis, castellanis,
capitaneis, tenutarijs, burgrabijs, pro-
curatoribus, proceribus, terrigenis, ce-
teris dignitarijs et officialibus regni
nostri, et signanter terre Cracouiensis
mandamus omnino habere volentes,
quatenus ipsos mercatores et homines
vtriusque sexus vt prefertur ad prefa-
tum oppidum Andrzeiow et dictum
forum annuale venientes cum ipso-
rum rebus et mercibus libere, secure,
sine quouis impedimento ire et redi-
re, stare et pausare, prout ipsis
eorum necessitas persuaserit permit-
tatis et permittere faciatis pro gra-
cia nostra secus non faciendo. Ha-
rum quibus sigillum nostrum pre-
sentibus est subappensum testimonio
litterarum. Actum in oppido prefato
Andrzeiow dominica infra octa-
uas Visitacionis B. Marie Virginis
anno domini 1.4.6.5. presentibus

1/

venerabilibus et generosis Vincencio Kiel-
bassa de Tymieniecz cancellario Po-
snaniensis, secretario regio, Andrea de
Oporow iuris utriusque doctore, can-
tore Vladislauiensis ecclesiarum, Pau-
lo Iasienski capitaneo Chelmensi,
Andrea Gorski, curiensibus regali-
bus et alijs quam plurimis fide di-
gnis testibus circa premissa. Datum
per manus venerabilis Alberti de Zy-
chlin prepositi Calissiensis, custodis
Sandomiriensis, Gnesnensis, Cracouien-
sis, Vladislauiensis et Posnaniensis
ecclesiarum canonici, regni Polonie
vicecancellarij nobis sincere dilecti.
Relacio eiusdem venerabilis Alberti
de Zychlin prepositi Calissiensis re-
gni Polonie vicecancellarij.-

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kasimirus
dei gracia Rex Polonie Magnus Dux Litvanie, Russie prussieque dominus et he-
res. Significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus
quam futuris harum noticiam habituris, Qualiter ad nostram et nostrorum
consiliariorum personaliter accedens presenciam honorabilis Andreas de Pabiany-
cze heres unicus ville minoris Gorka et dispensator noster fidelis dilectus, non
compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio aut sinistro colore circumventus,
fretus suorum salubri consilio amicorum, maturaque deliberacione prehabita
recognovit et publice fassus est: quod prefatam hereditatem et villam suam mi-
norem Gorka in terra Siradiensi et districtu Schadkoviensi sitam, nulli alteri obli-
gatam aut obnoxiam, venerabilibus prelatis et Canonicis totique Capitulo Ecclie maio-
ris Cracoviensis, vendicione, resignacione et permutacione perpetua et irrevocabili, pro
medietate videlicet ville capitularis Borkow in terra Sandomiriensi et in districtu Visliciensi
si site, et addicione centum triginta marcarum latorum grossorum pragensium numeri
tamen Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, vendidit
resignavit et permutavit, presentibusque vendit, resignat et permutat, cum omnibus eiusdem
ville minoris Gorka censibus, fructibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis,
borris, nemoribus, indaginibus, quercetis, pinetis, dumetis, rubetis, virgultis, prediis, al-
lodiis, domibus, ortis, ortulanis, aucupacionibus, venacionibus, mellificiis, fluviis, flumi-
nibus, lacubus, stagnis, rippis, rivis, Rivulis, torrentibus, piscinis, piscaturis, aquis et ea-
rum decursibus, molendinis aquaticis et ventilibus ac eorum emolimentis, cum
omni iure, proprietate et dominio et generaliter omnibus et singulis pertinenciis
annexis et connexis ac obvencionibus universis, quocumque modo nuncupatis, ad prefatam
hereditatem minorem Gorka quomodolibet pertinentibus. Itaque late, longe et circumfe-
renciabiter prout in suis metis et scopulis ab antiquo est distincta et limitata,
nihil penitus pro se reservando et excipiendo. Promittentes prefatos prelatos et Canoni-
cos totumque Capitulum Cracoviense ab omni impeticione vexacione et molestacio-
ne, occasione prefate ville minoris Gorka eis forsitan movendis, intercedere, evincare,
a qualibet persona secundum quod ad quemlibet personam pertinet prescripcio. Quam
quidem vendicionem, resignacionem et permutacionem Nos Kasimirus Rex prefatus,
de certa nostra sciencia admisimus, gratificavimus et ratificavimus, presentibusque ad-
mittimus, gratificamus et ratificamus, decernentes illam robur obtinere perpetue firmitatis.
Prefatam quoque villam Gorka minorem transferrimus in sortem ecclesiasticam et liber-
tatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in
Brzescie feria secunda in Crastino benedicte Trinitatis Anno domini Millesimo quadrigen-
tesimo Sexagesimo Sexto. Presentibus ibidem Generosis Michaele de Lassothky Succamerario et
Capitaneo Lanciciensi, Nicolao Spoth Vexillifero Sandomiriensi. Nicolao de Bradzewo pin-
cerna Calissiensi et Brestensi Capitaneo, Floriano Sborski Tribuno Lanciciensi et
Bernardo de Krzitoszi Gladifero Cuiaviensi et aliis compluribus circa premissa. Da-
tum per manus Venerabilis Alberti de Zichlin prepositi Calissiensis, Gnesnensis, Cracoviensis,
vladislaviensis et Posnaniensis Ecclesiarum Canonici, Regnique Polonie Vicecancellarii nobis
sincere dilecti. Ad relacionem eiusdem venerabilis Alberti de Zichlin prepositi Calissiensis,
et Regni Polonie Vicecancellarii. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 45.)

Zupełnie takisam akt wydany w tej samej mierze, słowach, i dacie, na żądanie ~~Nobilis~~ Stanislai Snyoszek heredis
de minori Gorka, fidelis nostri dilecti. —

1467. [17. IX. Cracoviae.] 

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Convenit actus hominum, qui
vetustate cadunt et successu temporis vertuntur in oblivionem, solidis literarum et te-
stium fundamentis commendare, in quorum custodia nullis marcescunt temporibus, sed
semper vigi (iugi) memoria incommutabiles observantur. Proinde Nos Kasimirus dei
gracia Rex polonie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Magnus Dux
Litvanie, Russie, prussieque, nec non Culmensis, Elbingensis, Michaloviensis et Pomeranie
terrarum dominus et heres. Significamus tenore presenciam quibus expedit universis
et singulis tam presentibus quam futuris presenciam noticiam habituris: Quomodo cu-
pientes terre nostre Sandomiriensis cuius ex paucitate longaque ab invicem distancia
oppidorum in eadem locatorum et errectorum, apparet penuria, condicionem facere melio-
rem et indigenarum incolarumque eiusdem, prout merito debemus, operari profectum,
ad instanciam peticionum Reverendi patris Domini Joannis Epi Cracoviensis since-
re nobis dilecti, atque suorum meritorum nobis semper gratorum et placencium intui-
tu, villam suam Cunow nuncupatam in terra Sandomiriensi et districtu Opatovien-
si, super fluvium Kamiona sitam, incolasque singulos eiusdem nunc et in futurum
manentes aut in posterum moraturos, de iure villano in ius civile convertimus, trans-
ponimus et transferimus; ita ut prefatus Dominus Epus Cracoviensis de prefata villa
Kunow, oppidum, quod eodem nomine et vocabulo Kunow semper erit appellatum, edificare, eri-
gere, construere, et ad libertatem quoscunque et undecunque homines illuc vocare et procla-
mare poterit habebitque et habet tenore presencium licenciam et facultatem; omnesque
incole et oppidani illius iure consuetudinibusque civilibus, aliis oppidis eiusdem terre
Sandomiriensis consuetis, de cetero perpetuo gaudebunt et in evum. Removentes et mor-
tificantes omnia alia iura et consuetudines, quecunque ius huiusmodi civile perturbare
consueverunt. Ut autem oppidum Kunow labore curaque prefati Domini Epi
Cracoviensis facilius locari valeat, oppidanique illius plenitudine libertatum cogni-
ta et audita, commodius possint illuc convocari, damus, concedimusque prefato Epo
Cracoviensi licenciam libertatem et omnimodam potestatem, ut poterit potestque in
ipso Oppido Kunow, unam diem forensem qualibet Ebdomada tenendam, et annalia
fora duo vel plura infra singulos annos, quot opportuna fuerint, pro temporibus et
diebus, arbitrio, voluntate, et placito eiusdem domini Epi Cracoviensis, eligendis, insti-
tuere et deputare; pro quibus omnes mercatores, institores, homines quicunque et
undecunque sint, emendi aut vendendi gracia advenientes, eodem iure, libertate atque
consuetudinibus in eodem oppido Kunow perfruentur, quo aut in quibus et ceteris oppi-
dis potiri consueverunt. Insuper Consules et Scabini aut quicunque officiales eiusdem
opidi, quorum cure eiusdem opidi comunitas erit subiecta, licita poterint facere, adin-
venire, imponere et conficere constituciones, instituciones, lauda, quecunque pro
utilitate eiusdem oppidi, absque Reipublice lesione utilia et profutura. Harum quibus
sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum Cracovie feria quinta
ipso die Scti Lamparti Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. presen-
tibus, Reverendo in Chro patre Domino Vincencio Epo Culmensi, nec non Magnificis Generosis Joan-
ne de Thanczin Castellano Cracoviensi, Joanne de Koszczielecz palatino Juniwladislaviensi et Capita-
neo in Mariemborg, Wnitka de Wisznyecze Castellano Lublinensi, Joanne de Rithwiany Marschalco, Jacobo
de Dambno Thezaurario Regni polonie et Capitaneo Cracoviensi; Petro Dunin de prawkowicze Sando-
miriensi, Michaele Lasoczki Lanciciensi Succamerariis, et Paulo Jasienski Capitaneo Chelmensi. Datum
per manus Venerabilis Alberti de Zichlin prepositi Calisiensis, Custodis Sandomiriensis et Regni Polonie Vicecancella-
rii nobis sincere dilectorum (sic). Ad mandatum Regie Maiestatis Albertus de Zichlin Regni polonie Vicecancellarius manu
propria subscripsit.-

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 50.)

[1472, 9.VII, Cracoviae.]
[1468, 5.V, Oszczow]

110

[Oszczów vel Hoszczów
pow. Tomaszów Lub.]

Copia Erectionis Ecclesiae

Oszczowiensis

1468 111

L. J. C.

# Copia

## Erectionis Ecclesiae Oszeroviens.

Marcus Miseratione Divina Sacrosanctae Romanae Ecclesiae & Sancti Marci Presbyter Cardinalis Patriarcha Aquilegiensis & Apostolicae Sedis Legatus.- Ea, quae ad D. et J Laudem & Divini Cultus Augmentum processisse provide noscuntur, libenter facimus cum a Nobis petitur approbationis nostrae munimine roborari.- Sane nuper dilectus Nobis in Christo Simon Plebanus Parochialis Ecclesiae in Oszerow Chelmensis Dioecesis in nostra dedaxit praesentia,- Quod alias nonnulli Nobiles dictae Dioecesis de rebus suis à DEO Collatis de Licentia Eorum Ordinarii praefatam Parochialem Ecclesiam Erexerunt, dotaverunt, & fundaverunt, nec non Sufficientes Fructus Redditus & Proventus pro Sustentatione Unius Plebani & aliorum in Divinorum Celebratione inibi necessario rum Eidem Ecclesiae Parochiali & Plebano pro tempore existenti deputaverunt & assignaverunt, prout in quadam Fundationis ac Dotationis ac bonorum assignationis praedictae Parochiali Ecclesiae per praefatos Nobiles facta & suis sigillis munita patenti litera plenius continetur, Quam Nobis exhibuit atque Presentavit in hunc qui sequitur modum.

In Nomine S.S.ae Trinitatis & Individuae Unitatis. Amen.- Ad Memoriam Rei sempiternam. Omnia gesta, quae fiunt in tempore, ne simul cum tempore evanescant, necesse [est, ut] perpetuo munimine Literarum ac Testimonio.- Fide dignorum confirmentur & Roborentur. Et Quia tempus nostrum continua Revolutione proh Dolor vic labitur & merita futurae Patriae diminui dignoscuntur, nisi fuerint Animo Rationabili Salutis animo propagabili Communita Testante Job: Breves Dies Hominis sunt,- Nos igitur Cristinus de Oszerow Judex Terrae Belsensis Generalis, Johannes de Oniathyn, Nicolaus de Osaietryce, Johannes de Choszczyce & Bielava de Rulinow, Heredes non Compulsi nec Coacti, aut aliquo Dolo Circumventi sed de Nostra Matura, Ultronea, liberaque Voluntate, sani mente & Corpore, Omnes in Solidum unanimes Compositores, Fratresque & unius Voluntatis Rei hujusmodi, considerantes hujus Mundi Instabiles Cursus & Vitae nostrae labilem


:2

de hoc Mundo transitum & brevitatem Bonorum temporalium Cursu declivi temporis evanescere, Volentes ipsa transitoria & labilia in perennia Commutare ob refugium Salutare Animarum Nostrarum, Nostrorumque Prodecessorum simul & Successorum una cum Progenitoribus nostre Propaginis ac Genealogie & Cognatis; Fundamus ac Fundavimus Erigimus & Ereximus rite et Rationabiliter ac Fraternali Compositione Basilicam seu Ecclesiam, aut Domum DEI in Oszerow ad Laudem Omnipotentis DEI & Ipsius Intemerate Genitricis semper Marie Colendissime ac Totius Celestis Hierarchie Honorem atque sancti Leonardi Confessoris, Beateque Barbare Virginis & Martyris de Licentiaque ac Speciali Voluntate Reverendissimi in Christo Patris & Domini Johannis DEI Gratia Episcopi Sancte Ecclesie Helmensis Construemus & Construximus & annuente Domino edificamus & edificavimus in Diecesi Helmensi & in terra Betsensi in Ge....... Catehumena ac Nova Plantatione Christianitatis, ratione Defectuum multa pericula Animarum nonnullarum vertando. Et ut Pastor seu Animarum Rector Ejusque Ecclesie in Oszerow videlicet Honorabilis Dominus Simon ad ipsam Ecclesiam legitime Institutus & Investitus, ac et pro tempore existens Cultum Divinum Vitamque in Victu & amictu possit laudabiliter deducere Decimas liberas, & Militares, Cujuslibet Grani, juxta modum laudabilemque Ritum Christianorum post omnes aratures, Labores que Prediorum Nostrorum, Villarum Nostrarum Hereditatum & Cmethonum in Ipsis Villis Nostris degentium & ex toto, dandas datturasque predicte Ecclesie Parochiali, & Ipsi dicto Plebano seu protempore existenti in Oszerow, Damus perpetuis Temporibus, & assignamus. – Et primo & principaliter Ego Cristinus de Oszerow Do et Dedi, assigno et assignavi; Confero, et Contuli, ascribo, et ascripsi, & appropio & appropriavi, aream. Agros nuncupatos alias Poswiętne, Cunco circa Ecclesiam jacentes predictam, atque locum seu Spatium dicto Ecclesie unacum Dote Plebanali ibi in Oszerow, ita late ample, longeque put tunc assignavi & deduxi. – In quo etiam Spatio assignavi locare et locavi Domum

pro Ministro Ecclesiæ ac Scholarijs alteram Domum & Vicario, & Tertiam & Prebendario; Ibiq etiam admisi locare Duas Tabernas, Cmetsones, & Hortulanos tot quot poterit locare idem Plebanus vel pro tempore existens valebit Premissa superius dicta cum Hortis Canbium Humulorq.- Item do, & dedi Duos mansos seu Laneos etiam cum Hortis ut premittit: primum Laneum pt Magnum Gajum circa Scopolam alias Mogiła, penes stratam Regiam ex dextra Parte versus Oszczow jacem, altrerum vero mansum sub villa Hroszczyce circa fossatum naturalem inter duos Monte jaccentem ubi habetur. Meatus Vie in Villam Hroszczyce & dictam, ita ample late longuq pateam ceteris Laneis in Oszczow terminant et distinguunt.- Item Piscinam atq Lamam Concave & Contigue dedimus. Ecclesiam memoratam jaccater.- Item Sylvam seu Gajum edificijs atq Ignibus Ipsius Plebani Ecclesieq & fate unacum Omnibus Hominibus Ecclesiasticis & tempore existentibus de & dedi, ibi, ubi pro-tunc Incole ac Cmethones & dicte Ville Oszczow exciderunt Ligna & Robora.- Debet etiam Rector Ecclesie & fate una cum Omnibus Suis Ho-minibg Commoditatem habere liberam in Pascuis Lignis & Locis aqua-ticis Ceterisq attinem justa modum & Rithum, habitum, & tentam in Oszczow sicut unus quisq Incolar Ipsius Ville.- Item Pratum circa aggerem alias u Grobli in Rippa Piscine dicte Opulski Staw in Hereditate Oszczow dextrorsum ab Oszczow cundo jaccentem totaliter, ut assignavi.- Item Decimas Manipulares de & post Labores meos Aratuarq in Oszczow & Mianowice alias Curianum Mear & Villar dictarum Cmethonumq Christianor Ibidem morantium totaliter ex toto dedi & appro-priavi ut & mittitur Ecclesie predicte ac Rectori in Oszczow perpetue.- Item Ego Joannes de Honiatyn alias de Pawłowice seu Trzygea do et dedi, ascribo & ascripsi, Ecclesie dicte in Oszczow ac Plebano perpetue Agrum alias Niwa atq Pratum circa Rivulos penes Limita & Granicies dividentes Hereditates Oszczow & Honiatyn prout ipse Agger cum Prato est Co....gnatus Scopulis.- Item decimas Laborum Meor Curiarq mear in Oniatyn & Pawłowice ce Villis superius scriptis Cmethonumq Christianum ibie morantium Manipulares perpetue

Gdicte Ecclesie ac Plebano do et ascribo.. Item Nos Omnes supradicte
Ecclesie Fundatores Plebano & Tempore existenti Molendines in
Nostris Damus liberam Molendi naturam Omnibus absq Mensuris & E-
-molumentis Erectiam Decimas Manipulares Laborum Curiaq Nostras
atq Cmethonum, in Osieczyce Hroszczyce totaliter & Kulikowo
Christianos ascribimus & Donamus, Omnia supradicta Nos Quinque
in numero Erectores Ecclese prenarrate pro sustentatione Ipsius
Plebani, videlicet Laucas, agros, cum Sylis, Gais, nemoribus, Campis
arvis, rubetis, Quercubus, Rivis, Fluvijs Eorq Decursibus, Piscinis
Lacubus, et Eorum Demissionibus, Piscature, Venationibusq quibuscunq
Nominibus vocantur Ferar et Avium, aliaq premissa Omnia ad Idem
Spectantia Damus, Tribuimus, largimur, Donamus & Prebemus, perpetue
& Eviterne, cum Omni Plenitudine Juris, ac Dominio, nihil pro Nobis &
Nostris Successoribus reservando.. Memoratusq Rector Ecclesie predicte
in Oszczow & Tempore existens Omnia Gmissa tenebit, habebit, uti
fruetur, possidebit, & in usus proprios Convertet & alias prout melius sibi
videbitur expedire ordinabit, & Disponet.. Ut autem hec nostra Donatio
Eccle Gnarrate Robur Obtineat sempiternum perpetue Donamus
Gsen Literam Privilegij Omnium supradictor fieri fecimus Sigilloq
Nostros munimine Roberari Jussimus presentibus sub appendentia
Sigilli Nostri ad evidentius Testimonium nostrum rei hujus & Omnium
Gmissor.. Cautela datur & datum in Oszczow Fra 5ta pt Fom..
Beator Philippi & Jacobi Apol. Ao Dni 1468.. Presentibus ibie Gsis
Nobilibus ac Providis Stibowo Rogala de Waterszyn, Sassino de Hroszczyce,
Joanne de Mianowice, Paulo de Laszczow, Nicolao de Horoszczyce
Blasio de Wojsławice, Joanne de Gurni Imperiali Autthoritate Notario
Publico & Stephano de Sieniewo Ceterisq fide dignis circa Gmissa
Testibus.. Postmodum Gfatus Ipse Simon Plebanus desiderans Jura
Possessionis & Legaonum Eccle sue pro posse conservare & manu-
-tenere Nobis humilliter supplicavit, quatenus Fundaoni & Dotaoni Gdictis
Robur Confirmaonis Nostre edicere Dignaremus.. Nos igitur Cardinalis
Patriarcha & Legatus Gfatus qui Divinum Cultum Ejusmodi adau-
gere sinceris Telamus Affectibus Ejusmodi supplicaonibus Inclinati au-

-thoritate qua fungimur in hac parte Fundaonem & Dotaonem dictas & quecunq inde secuta approbamus Confirmamus pariter & Ratificamus.- In Cujus rei Testimonium presentes Nostras Lite.... fieri Nostrique Sigilli fecimus appensione communiri Datum Cra-covie Nona Julij sub Anno â Nativitate Domini 1472. Pontificatus SSmi In Christo Patri & Domini Nostri Domini Sixti Divina Providentia Pape Quarti Anno Primo. Marcus Cardinalis S. Marci.- B; Prenarata Scriptura Sigilla & Regestra in datum LXIIII. L Ep. Antem.- C... Amelia 1472 Die 9na Julij. Approbatio Fundationis Ecclesie Orzcrovien per Rdssmu Marcum Romane Cardinalem & Legatum Fra 3tia pt Dm oculi Quląs 1593 ad Acta Castd Belzen per oblatam porrectd.- Oblata hujus Fundaonis in actis Tribus Belzem Aō Dni. 1593 Fundatio Eccle in Orzerow Diecesis Helmen Fra 5ta pt Fm Beator Philippi & Jacobi Apōr. proxa Aō 1468 Cracovie.- Fundatores Cristinus de Orzerow Iudex Terre Belzen Joannes de Honiatyn, Nicolaus de Osziereryce, Joannes de Hrozeryce et Bielawa de Rulikow Heredes.-



114

Własność Kollegjaty Kaliskiej.

1

R. 1468. [5. XI.]

Nos consules civitatis Calischiensis Benedictus Molenda, proconsul, Blasius Cotruda, Barthossius Gocz, Albertus Caldeator, Adam sartor et Michael Pyerszynyk; significamus tenore presentium universis quibus expedit, quod in nostra nostrorumque infrascriptorum scabinorum presentia, puta Nicolai Plokynsky, Stanislai Cokoszka, Mathie Szczawreg, Gregorii Zelaszni, Nicolai arcuficis, Stanislai Napadlo et Mathie Wojewoda, coram provido Alberto Grabyenowsky, anni eiusdem Advocato, Iudicio in bannito, constitutus Generosus dominus Moyeg, heres in Rayszkowo cum voluntate et consensu omnium amicorum suorum rite ac rationabiliter resignavit domum suam sitam in platea vicariorum penes domum domini Ioachim tam late, longe cum omni iure, proprietate et dominio honeste domine Agnethki, consorti olim Alberti, pellificis, quam domum legavit et assignavit ad altare Sanctorum Petri et Pauli in ecclesia Collegiata Beate Marie Virginis in Calisch ad residentiam altariste eiusdem altaris et ulterius ... residentiam dederit et assignaverit in eadem dom, nihilominus eandem domum prefata domina ad dictum altare appropriavit perpetue spectandam, tamen cum uno fertone census ad pretorium reponendo singulis annis consulibus tunc existentibus ratione ..vacationis Vigiliarum et singulis obventionibus civilibus modo spectantibus. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et scabinorum nostrorum presentibus sunt appensa.

[..]um feria sexta proxima post Omnium Sanctorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

Pozostał tylko paseczek bez pieczęci.

---

Własność Kollegjaty Kaliskiej.

R. 1470. [29. V, Kalisz]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Petrus Swydwa, de Schamotuli, Castellanus Poznaniensis, et Capitaneus Polonie Generalis, significamus tenore presentium universis, quibus expedit, presentibus et futuris, quomodo ad nostram et aliorum eiusdem terre Nobilium venientes presentiam, nobiles Petrus et Barbara, mater ipsius, heredes in Poniathowo, non compulsi non coacti neque aliquo errore devio seducti, quinimo sani mente et corpore existentes, usi amicorum suorum salubri consilio, matura deliberatione prehabita, Nobilis Petrus prefatus in patrimonio et Barbara in dote et dotalitio suis in dicta villa et hereditate Sulislawicze in districtu Calischiensi sitis, cum omni Iure, dominio et proprietate et in omnibus censibus, Kmethonibus, fructibus, utilitatibus, proventibus, redditibus et quibusvis eiusdem ville obventionibus, quocunque ad prefatam villam Sulislawicze spectantibus, quibuscunque nominibus aut vocabulis censeantur specialibus ita longe et late, prout dicta villa in suis metis, limitibus et graniciebus est distincta et limitata

sedecim grossos pecunie currentis et receptabilis annui census singulis annis ad quodlibet festum Sancti Martini Confessoris sub pignore domini Capitanei Maioris Polonie generalis solvendos Honorabili Mathie de Galaski[1], altariste in ecclesia Collegiata Sancte Marie in Calisch, vel illi, cui vel quibus disposuerit ratione decantationis „Salve" in Ecclesia Collegiata Sanctissime Marie in Calisch pro quinque marcis mediantium bonorum, latorum monete et numeri Polonicalis consueti, quadraginta et octo grossos marcam in quamlibet computando, in spem et titulum reemptionis in perpetuum alias na wederkopp resignaverunt et coram nobis more solito iuxta terre consuetudinem ascripserunt, per eundem Mathiam prefatum et ipsius posteros prefatum censum habendum, tenendum, regendum, disponendum, tollendum et recipiendum et pro decantatione „Salve" divertendum. Quam resignationem grate ex officio nostro suscepimus et ipsam presentibus ratificavimus et ratificamus harum, quibus sigilla nostra praesentibus sunt subappensa testimonio litterarum. Actum et datum in Calisch feria tertia post festum sancti Urbani proxima, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, presentibus ibidem nobilibus et generosis dominis Derslao ~~Kwiath~~ Kwiathkowsky, sed subpincerna Calischiensi, Alberto Raszkowsky, Alberto Pleszewski, Stanislao Soborzsky, Johanne Slywnyzsky, Hectore Skarszewsky et Alberto Bunijusz, testibus circa premissa. —

Pozostał tylko sznurek bez pieczęci. —

1) Gałązki dzisiaj, niedaleko Kalisza.

Własności Kollegjaty Kaliskiej

R 1476. [18. XI, Opatów.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum non immerito omnis etas omnisque sexus in laudem omni laude dignissime Virginis Marie, Dei et Domini nostri Iesu Christi Genitricis corde et animo ferventique devotione exurgat nec ipsi Virgini laudes gratiasque referre pro eo, quod eum, quem celi capere non poterant, gremio suo contulit, debite valeant, nichilominus unusquisque pro modulo sue conditionis illam variis canticis divinis sue laudi dicatis, ut culpas nostras aput ipsum filium suum Dominum nostrum excuset, laudare atque glorificare sathagit, non dubitans, quin et filius suus dominus noster in eius laude colitur et veneratur ac in eius veneratione atque memoria placatur et propitiatur. Proinde nos Jacobus de Senno, dei gratia Gneznensis sancte Eclesie Archiepiscopus et Primas. Significamus tenore presentium tam presentibus quam futuris horum notitiam habituris, quod divinus honorabilis dominus Mathias Galanssky, altarista Collegiate ecclesie sancte Marie Calisiensis cogitatione salubri meditatus et in laudem eiusdem Virginis Marie devotissime inardescens de bonis sibi a Deo collatis, canticum Salve Regina cum alijs similiter canticis et antifonis vel suffragijs per magistrum scole cum suis scolaribus, et collectis per Ebdomadarium chori eiusdem ecclesie Collegiate sancte Marie singulis diebus et perpetuis temporibus

prout in litteris Reverendissimi olim Johannis Archiepiscopi et Primatis, antecessoris nostri immediati lacius continetur, decantari et fieri, ipso magistro scole et vicarijs comparentibus et consentientibus onusque ipsum sponte suscipientibus, morose et devote procuravit, ipsi magistro scole unam sexagenam et vicarys undecem fertones in certis suis censibus demonstrando, assignando et perpetuo incorporando appropriandoque. Qua quidem devotione devotione et affectione in laudem eiusdem Virginis ferventiori zelo inflammatus et ut ipse magister scole cum suis scolaribus tanto diligentiorē et attentiorē ~~certa~~ circa huiusmodi cantica persolvenda et decantanda reddatur, quanto uberiori pretio et mercede se noverit consolatum atque refertum, ultra prefatam sexagenam octo scotos veri annui census in et super omnibus bonis mobilibus et immobilibus apud providos Simonem Vyelunski et Barbaram consortem eius legitimam pro quinque marcis pecunie capitalis empti et coram consulibus Civitatis Caliscensis iuxta consuetudinem eorum reformati similiter eidem magistro Scole, perpetua donatione dedit, auxit et assignavit, supplicians humiliter, quatenus huiusmodi census octo scotorum ipsi magistro scole ratione dictorum canticorum cantus et completionem, donacionem, auctionem et assignacionem admittere, approbare auctoritate nostra ordinaria dignaremur. Cuius quidem litere
[1471. 28.V] tenor sequitur estque talis: Nos consules civitatis Calis, videlicet Nicolaus Dlugosch, Benedictus Molenda, Stanislaus Naspadlo, Stanislaus Cokoszka, Nicolaus arcufex et Thomas Michalowsky, tenore presentium publice recognoscimus universis, quod in nostra

nostrorumque scabinorum infrascriptorum presentiã, ut puta Blasij Gasparowicz, Jeronimi aurifabri, Gregorii Zelazni, Mathie Woyewoda, Johannis Stanislai, Stanislai Misgala et Mathie Pyrzina coram provido Petro Copersmedt, anni pro tunc Advocato constitutus personaliter Iudicio in bannito providus Simon Vyelunski cum Barbara consorte sua legitima, manu coniuncta et indivisa non coacti nec compulsi, sed libera ac spontanea voluntate et animo premeditato resignaverunt rite et rationabiliter octo scotos veri annui census pro quinque marcis pecunie capitali in medijs grossis iuxta formam ecclesiasticam in et super omnibus bonis ipsorum mobilibus et immobilibus et specialiter super domo et area ipsorum inter Petrum Coppersmedt ex una et Nicolaum pellificis partibus ab altera, platea in Castrensi situata honorabili ac discreto domino Mathie Galassky fundatoris antifone Salve Regina in ecclesia Sanctissime Marie Virginis illibate decantando vel cui aut quibus ipse dictus dominus Mathias, de certa sua scientia censum eundem unacum sorte capitali legaverit aut deputaverit, videlicet pro quolibet quartali cuiuslibet anni de anno in annum censu de eodem quatuor grossos dandum, solvendum et perpetuo obligandum dolo quovis semoto tamdiu et quousque prefatus Simon Vyelunski cum Barbara consorte sua aut ipsorum successores legitimi censum huiusmodi pro summa capitali prescripta duxerint reemendum, conditione tamen intermedia, cum et quando hoc facere voluerint, et censum, ut premittitur, reemere cupierint prenominatum, extunc ipsum do-

minum Mathiam aut ipsius successores deputatos ingante~~r~~ ea unius quartalis voluntatem significando avisare debebunt et tenebuntur. In cuius evidentiam et rei testimonium civitatis nostre scabinorumque nostrorum sigilla presentibus sunt subappensa. Actum et datum feria sexta in vigilia beatorum Petri et ~~Jacobi~~ Pauli Apostolorum Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Nos itaque Jacobus Archiepiscopus memoratus attenta devotione et petitione prefati Mathie altariste, qui non minus inflammamur ad cultum gloriosissime Marie Virginis, premissis literis citationum contra omnes et singulos sua interesse putantes in vim cride emanatis, dictum censum octo scotorum ipsi magistro scole dictorum canticorum cantus et completionem, donationem, auctionem et assignationem, in contumaciam admisimus, approbavimus et in sortem ecclesiasticam assumpsimus, assumimusque approbamus et admittimus auctoritate ordinaria decernentes ea robur perpetue firmitatis obtinere per presentes. quodque pro huiusmodi censu nonnisi ad forum ecclesiasticum habetur recursus, quod si censite prefati ~~ces~~ huiusmodi censum favente fortuna vellent ~~vel~~ eximere et principalem pecuniam cum censu persesso reponere, extunc eandem pecuniam in manus honorabilium virorum vicariorum perpetuorum sancte Marie Collegiate prefate reponere sint astricti, qui pro eadem pecunia capitali similem censum octo scotorum magistro scole dandum comparare tenebuntur. Tenebuntur etiam prefati censite et quicunque alij ante unius quartalis anni spacium,

prefatos vicarios avisare, dum eundem censum redimere voluerint, ut etiam ipsi de loco pecunie reponendo, tanto melius providebit, prout eis melius et utilius videbitur. Ut autem populus pro ipsius cantici Salve tempore cantando confluat et gratia spiritualium munerum eandem ecclesiam frequentet, omnibus Christifidelibus sexus utriusque, qui eodem cantico Salve sonorosa voce cantando interfuerint, et ipsam gloriosissimam Mariam Virginem septem salutationibus Angelicis salutaverint, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli eius auctoritate confisi quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Actum et datum in Opyathow die decima octava mensis Novembris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Presentibus ibidem Venerabilibus et honorabilibus dominis Benedicto de Lopyenno, Gneznensi Canonico, Cancellario nostro, Laurentio de Wawrzinczicze custode, Paulo de Gyezewo Canonico Lowiczensi, Nicolao Strzezowsky in Lupcza, Alberto in Swyecze plebanis, Petro de Zulow, Paulo de Lobzenicza notarijs Curie nostre ad premissa testibus et alijs pluribus.

Pieczęci niema; pozostał tylko paseczek pergaminowy od pieczęci.

—·—

1468, 14 listopada w Żarnowcu.

~~f. 167 v.~~ Dorota córka niegdy Sądka z Borowa część swą dziedziczną Piotrkowską zwaną klasztorowi jędrzejowskiemu za 20 grzywien sprzedaje.

Nos Ioannes Bohun de Dunossy iudex et Ioannes de Pielgrzymowicze subiudex terre Cracouiensis generales, Significamus teno-re presencium quibus expedit vniuersis et singulis presentibus et futuris, presen-cium noticiam habituris, Quomodo coram nobis aut nostris camerarijs iudicialibus veniens personaliter nobilis dorothea fi-lia olim Sandek de Borow, sana men-te et corpore existens, non compulsa nec coacta, sed de ipsius libera volun-tate totam diuisionem partis heredita-tis sue Piotrkowska, cum omni iure et toto dominio, vtilitatibus, fructibus, cen-sibus, laboribus, redditibus, incolis, areis, domibus, agris, campis, pratis, pascuis, syluis, gajs, rubetis, borris, aquis, flu-uijs, piscinis, molendinis et vniuersis ac singulis pertinencijs, quibuscunque dicantur nominibus, ad eadem bona quomodolibet spectancia, nihil ibidem

penitus excludendo, prout sola tenuit, sola habuit et possedit, venerabili Nicolao abbati Andrzeiowiensi et suo conventui pro viginti marcis pecunie communis numeri Polonicalis consueti in totum vendidit et in perpetuum iudicialiter resignavit, per ipsum [abbatem] et suum conventum tenendam, habendam, utifruendam, vendendam, commutandam, alienandam, et in usus ipsorum beneplacitos libere convertendam, promittens ipsos occasione premissorum ab omnibus impedimentis et damnis quarumlibet personarum sexus [utriusque], prout ad quamlibet personam pertinet prescripcio sub damno iuxta iuris formam intercedere et eliberare, nullis causis ipsos evadendo. Et iam ipsis coram iure dedit realem intromissionem. Stanislaus ministerialis datur de iure ad intromittendum in premissa. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Acta Zarnowiecz feria secunda proxima post festum sancti Martini, anno domini 1.4.6.8. presentibus his testibus nobilibus: Przedborio de Siedcza, Nicolao de

¹/ Trzebienicza, Nicolao de Goleniowy, Nicolao de Slawow, Stanislao et Petro de Gozdna heredibus, et alijs pluribus fide dignis.-

Pyzdry. I 20/III -120-

R. 1469.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nihil dignius memoria habeatur, et cum cunctorum perit memoria, necesse est, ut gesta, que in tempore aguntur, testibus veridicis ac litterarum sigillorumque apicibus munimine roborentur. Proinde nos Paulus Crispus, Proconsul, Joannes Tharnowski, Nicolaus Bartholdus, Nicolaus Malik, Mathias Osciorek, et Andreas Crakowski, Consules civitatis Pesdrj totaque Communitas civitatis premisse. Significamus tenore presentium, quibus expedit, universis et singulis, tam presentibus, quam futuris, presentium notitiam habituris. Quomodo venientes ad presentiam nostram circumspecti ac providi Petrus Przerwany, Andreas Cozyk, seniores artis sutorice totaque fraternitas eiusdem artis sutorice, nobis cum instantia precum supplicaverunt, quatenus ipsis Ius seu privilegium pro augmento et confirmatione seu ratificatione eiusdem Fraternitatis ipsorum artis sutorice, cum hoc offerentes libellum, articulos, clausulas seu puncta artificio sutorum convenientia, quomodo se regere debeant in predicta Fraternitate artis sutorice daremus et largiremur. Nos vero Proconsul et consules totaque Communitas civitatis premisse, acclinati ipsorum petitionibus. Quia iusta petentibus non debet denegari assensus, considerantes carentiam Iuris per voraginem ignis tempore illo, quo civitas Pizdri Deo permittente est consumpta per ignem, volentes augeri bona reipublice tocius civitatis Pizdri, prefacte Fraternitati eiusdem artis sutorice

civitati Pizdrensis dedimus, damus et presentibus largimur Ius seu privilegium cum articulis, clausulis seu punctis inferius descriptis. Primo damus eedem Fraternitati artis sutorice locum seu spacium pro edificanda domo macellorum hereditarie, alias dziedzijanije prout antea habuerunt in longitudine incipiendo a domo seu macellis pistorum usque ad domum civitatis, que vocatur pretorium et in latitudine incipiendo a granicie macellorum carnificum usque ad domos mercatorum, tali tamen conditione, quod, dum predicta domus macellorum per predictam Fraternitatem constructa et edificata fuerit, tunc cuicunque fratri aliquod macellum sorte ceciderit, hoc idem debet tenere, possidere in perpetuum et ipsius legitimi successores vel propinquiores et hoc idem macellum nullus fiat propinquior vendere commutare et ad usus beneplacitos convertere, tantum ipse possidens aut ipsius legitimi successores seu propinquiores. De quibus quidem macellis a qualibet seorsum prefata Fraternitas tenebitur ad pretorium dare et solvere per sex grossos super quodlibet festum sancti Martini, Confessoris Domini censum ad tempora perpetua. Eciam prefate Fraternitati confirmamus et largimur; quod quando aliquis vellet habere et suscipere Fraternitatem, et hic non disceret, tunc talis reponere debet sedecem grossos et actuale cervisie cum quattuor talentis cere predicte Fraternitati. Eciam quando aliquis famulus alias pacholek veniret ad predictum artificum, talis eedem Fraternitati debet reponere octo grossos, octo mensuras alias cwierczij cervisie et duo talenta

cere, et quando aliquis famulus hic didicit, talis habebit principium ad
Fraternitatem alias folgujemu prawo similiter et filius magistri prefate
artis sutorice si scit artificium, tunc habebit medietatem Fraternitatis
Eciam prefate Fraternitati deputavimus et damus duo loca, in qui-
bus debet emere cutes et cineres, videlicet ante domum Joannis
Ripka et ante domum olim Alberti acialis tali conditione, quod
nullus emptor alias przekupijen de alienis civitatibus presu-
mat emere cutes, neque cineres, tales si aliquis Fratrum prefate
Fraternitatis invenerit ementes, extunc ipse Frater potest sibi
vel ipsis recipere de manibus et solus persolvere. Similiter ut
nullus incola civitatis nostre presumat emere cineres et cutes ex-
cepto, qui sciret artificium et haberet Fraternitatem. Eciam prefate
Fraternitati confirmamus et largimur, ut nullus de alijs civitati-
bus et villis audeat vendere calciamenta nova, talis si quis inven-
tus fuerit, extunc prefata Fraternitas habebit potestatem ipsa tol-
lere. Eciam volumus, ut nullus Fratrum prefate Fraternitatis
presumat laborare de malis cutibus calciamenta hoc est de mor-
tuis pecoribus arietum vel hircorum, quia si quis talis repertus
fuerit, tunc talis reponat pro pena ad pretorium unum fer-
tonet et Fraternitati duos grossos. Eciam ut nullus laboraret cal-
ciamenta extra suburbium, quia si aliquis repertus fuerit, tunc
prefata Fraternitas habebit potestatem eundem tollere cum ad-
iutorio dominorum. Eciam volumus, ut nullus Fratrum de pre-
fata Fraternitate audeat emere cutes cineres et quercum extra
civitatem vel in plateis, talis si quis inventus fuerit, reponat
penam Fraternitati duos grossos. Eciam volumus, ut si aliquem Fra-

Item de prefata Fraternitate contigerit emere duas cutes et alter frater ipsum peteret, ut sibi unam dimitteret, talis debet sibi dimittere sub pena Fraternitatis trium grossorum. Similiter de cineribus et quercu. Eciam, ut nullus fratrum presumat duos currus pariter de quercu emere sub pena Fraternitatis unius talenti cere. Sed unum currum potest emere ante prandium et alium post prandium. Eciam volumus, ut nullus fratrum de prefata Fraternitate presumat vendere reparatas cutes wyestarowy sub pena Fraternitatis duorum talentorum cere; similiter, ut nullus presumat laborare calciamenta nova de veteris sub pena Fraternitatis duorum grossorum. Eciam, ut nullus presumat laborare diebus festivis sub pena Fraternitatis duorum talentorum cere. Et similiter ut nullus presumat emere cineres, cutes, quercum diebus dominicis per totam diem sub pena Fraternitatis unius talenti cere. Eciam, ut nullus presumat emere cutem adhuc viventem vel in qua aduc esset sepum sub pena Fraternitatis unius talenti cere. Eciam si aliquis frater viveret aliquomodo inhoneste, talis non debet servari in Fraternitate. Eciam si aliquis frater esset protervus in Fraternitate, quod recederet absque licentia Seniorum de Fraternitate, talis reponat pro pena Fraternitati unum actuale cervisie. Eciam, ut nullus fratrum presumat venire ad Fraternitatem cum cutello aut cultro sub pena Fraternitatis quattuor grossorum. Eciam quando aliquis Iunior vellet excusari a portatione funeris, talis reponat penam Fraternitati talentum cere. Eciam quando aliquis frater

non veniret ... tempore ad vigilias vel ad funus portandum, quando de domo exirent, talis reponat Fraternitati medium grossum. Eciam, quando aliquis fratrum discederet a Missa exequiali nondum terminata, quolibet quartali celebrata pro animabus fratrum, sororum et puerorum aut a missa exequiali fratris mortui aut sororis vel pueri alicuius, extunc talis penam luet Fraternitati medientem. Item quando aliquis Iuniorum neglegeret accendere lumina diebus festivis, talis pro pena prima reponat medium grossum, pro secunda grossum, et sic quotiens tociens per grossum. Eciam quando aliquis fratrum non esset obediens ad magnam Congregationem, talis pro pena Fraternitati reponat tres grossos. Eciam et nullus presumat alieni fratri revocare famulum aut discipulum, quia si talis inventus fuerit et habebit testimonium, tunc reponat Fraternitati tres grossos. Eciam quando aliquis frater alieni revocaret laboratorem alias Stamparza, talis reponat Fraternitati pro pena tres grossos. Eciam ~~et nullus presumat~~ quando aliquis magister veniret de alia civitate et vellet habere Fraternitatem, talis* debet reponere sicut et alter, qui non fuit magister et debet portare literam a Consulibus et Fraternitate, si bene est conservatus. Similiter quando aliquis famulus alias pacholek vellet habere fraternitatem et effici magister, talis debet portare literam, ubi didicit et si est ex legitimo thoro. Eciam quando aliquis magister habet duos famulos, tunc tertium non debet locare neque pecuniatem alias pjenjžneho sub pena Fraternitatis trium grossorum. Eciam quando famulus a magistro surgeret ante festa mobilia ante

Nativitatem Domini, ante festum Pasche, ante festum Pentecosten, ante annale forum tribus septimanis, tunc tali non debet fieri solutio, nec debet apud alium locare ad laborem, usque apud proximum determinabit laborem. Eciam quando aliquis frater exiret de civitate, tunc sibi non debet Fraternitas servari neque faveri, tantum ad unum annum et per quattuor septimanas, similiter et pueris, videlicet filio. Eciam quando aliquis frater in taberna in ordine biberet et exiret non solvens cerevisiam neque cum domina componeret, talis pro pena debet reponere Fraternitati tres grossos. Eciam quando aliquis Junior serviens in Fraternitate, quando bibunt cerevisiam fraternitatis, perfunderet, talis debet illud vas ~~per~~ adfundere, de quo bibunt. Et ut nullus presumat exire absque licentia senioris, quando bibunt cerevisiam Fraternitatis sub pena trium grossorum. Eciam quando aliquis fratrum vel uxor ipsius faceret aliquod inhonestum super cervisia Fraternitatis et fuerit testimonium, talis reponat sub pena tres grossos. Eciam si aliquis veniret subsalare calciamenta ad aliquem fratrem et non adforisabit alias niedotarguije et si exibit de domo et pertransibit canale, talis ipsum non debet vocare econtra sub pena unius talenti cere. Eciam quando aliquis in macellis veniret ad fratrem et forisabit calciamenta, et non adforisabit et ad alium transibit, extunc ipsum non debet econtra vocare sub pena trium grossorum. Et quando duo fratres pariter in macellis contenderent verbis, tunc quilibet eorum pro pena Fraternitati tenetur dare tres grossos. Eciam

quando unus frater apud alium mutuaret aliqua necessaria alias grathow et viceversa non restitueret, talis pro pena Fraternitati debet reponere tres grossos. Eciam ut nullus frater alium non audeat citare ante Advocatum pro causis concernentibus ad Fraternitatem sub pena Fraternitatis unius grossi. Eciam quando aliquis frater servaret discipulum absque voluntate Fraternitatis, tunc pro eo debet dare, prout decet super discipulum. Eciam quando aliquis parvulus alias chlopyja vellet laborare et non disceret, ubi esset Fraternitas, talis debet dare, sicut et alius discipulus. Eciam quando aliquis discipulus recederet a suo magistro non habens aliquam culpam, tunc talis perdidit iam fraternitatem, et si econtra vellet studere, tunc debet talis reponere sicut prius. Eciam ut nullus fratrum de prefata Fraternitate presumat laborare seu reparare magnas cutes Kmethonibus in villas, duntaxat exceptis Spiritualibus terrigenis et civibus sub pena Fraternitatis unius talenti cere. Eciam quando aliquis frater non solveret debitum alicui ex decreto magne Congregationis, talis debet reponere pro pena Fraternitati unum talentum cere et hoc si non solverit ad occasum solis. Quos articulos, clausulas, seu puncta superinscripta, Nos Consules totaque Communitas civitatis premisse confirmamus, ratificamus et in perpetuum roboramus per predictam fraternitatem artis sutorice tenere et inviolabiliter observare ad perpetua tempora. In cuius rei testimonium sigillum maius civitatis nostre Pisdrj in cordula sericea est subappen-

sum. Actum et datum in Pisdrz feria secunda proxima ante festum Annuntiationis gloriosissime et intemerate Dei genitricis Virginis Marie. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

— . —

Kopja ta jest pochodzi z transumptu. Zygmunt I w r. 1531 potwierdza ~~przywil~~ ustawę cechu szewskiego z r. 1469.—

1469. [5. VI. Cracoviae]

Kasimirus dei gracia Rex polonie, Magnus dux Litvanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris, Quod quia Reverendus in Christo pater Dominus Joannes Epus Cracoviensis sincere nobis dilectus una cum venerabili capitulo eiusdem Ecclie Cracoviensis ac clero toto sue Diocesis Cracoviensis una cum ceteris prelatis et Baronibus Nobilibus quoque ac proceribus et terrigenis Regni nostri in convencione Novecivitatis nuper lapsa tanquam generali, pro tunc congregati, nulla sequela, consuetudine, iure, debito, aut importunitate coacti vel impulsi, quin pocius de mera, spontanea et ultronea sua voluntate et assensu singulari, zelo, fervore, et affectione erga Nos et Rempublicam studiosissime coniectis ac directis, tanquam ipsius Reipublice fidissimi Consultores, voto unanimi, concordibus animis et unitis voluntatibus pro statu Regni uberiori, eiusque indemnitati consulentes, – signanter tamen pro stipendariorum nostrorum exsolucione, qui quondam in terris nostris prussie nondum tunc pacatis armorum exercicio versabantur, subsidia fertonum de laneis seu mansis agrorum nec non tabernis, molendinis, et aliis in constitucione desuper edita contentis et expressis. Contribucionem insuper civilem a qualibet marca per duos grossos de bonis mobilibus et immobilibus, ex civitatibus et oppidis tam nostris ~~quam~~ Regalibus, quam spiritualium et secularium personarum, seu eciam de decimis et proventibus Eccliarum Cathedralium Collegiatarum et parochialium, monasteriorumve diocesis tocius Cracoviensis, nobis effective ac liberaliter obtulerant ac dederunt, in ipsasque collectas sponte libere et ultro annuerunt, consensumque suum pariter et assensum prebuerunt. Ne itaque prefati Domini Epi, Capituli et Cleri tocius diocesis Cracoviensis, prelatorumque et Baronum Procerum ac Nobilium Regni nostri, tante beniuolencie et sinceritatis erga nos et Reipublice ampliorem condicionem, collatus affectus, debite gratitudinis officio frustretur, – promittimus et spondemus illis premissam benevolenciam et affectum peculiari favore et gracia, quos uberrime meruerunt, in dies compensare, nec eorum iuribus, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, indultis et graciis a nobis et nostris predecessoribus datis, donatis quomodolibet vel concessis, in aliquo successu temporis detrahere aut derogare, neque eadem iura, privilegia, libertates, immunitates et gracias ipsorum, per hoc, quo pacto, ingenio vel colore annulare, violare, aut infringere, conabimur. Quinimo eadem in omnibus et per omnia, sana, salva, inviolabilia et illesa, manutenere et fovere decernimus et spondemus. Et insuper prefatas exacciones vel collectas, in aliquam sequelam, laudum, debitum, consuetudinem vel continuacionem non vendicabimus, usurpabimus, nec trahemus in futurum. Harum quibus sigillum nostrum est appensum presentibus testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda infra octavas Corporis Christi Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Relacio Venerabilis Alberti de Lichlin Regni polonie Viccancellarii. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 39.)

Limites seu granicies villae Rzeszotarij à Podstolice.

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus Pieniążek de Witowice succamerarius terrae Cracoviensis Generalis nec non capitaneus Sanocensis, notum facimus universis et singulis, quibus expedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod camerarius noster nobilis Joannes Golecki de Szobardza granicies fecit, equitavit, limitavit, et scopulos publicos dissipavit, alias usypał, in campo inter haereditates seu villas Rzeszotarij venerabilis viri domini Jacobi praepositi et conventus monasterij Corporis Christi in Casimiria actorum parte ab una, et Podstolice venerabilis viri magnifici Joannis de Pisarij decretorum doctoris citati parte ab altera, iuxta amicorum amicabilium arbitrorum et compositorum exmensurationem et ostensionem. Et ante primi acialis scopuli inchoationem iussit trina vice, alta voce ministerialem proclamare, ut si quis ad praesentem limitationem contradicere vellet, aut eandem infringere, quod nunc ea proponeret, et quae iuris forent faceret. Et cum nullus contradicentium apparuit, primum acialem scopulum et angularem in acie prati Zawodna dicti, a scopulo aciali villae Janowice nobilis domini Joannis de ibidem, Christi nomine invocato sipavit et erexit. A quo procedendo sipavit scopulos circa longitudinem prati praedicti, usque venit ad locum, qui dicitur Zawaliny

alias Zapadziska, ubi scopulos usque ad Grzymb sipavit. Et ibidem in Grzyb, alias circa ripam eminentem et spissam factis certis scopulis, et ab eisdem ad indirectum versus curiam Przesolarij per Grzymiska descendendo et ibi certis scopulis erectis, devenit usque ad convallem alias Dembrza Tarniowa, quam convallem pro veris limitibus deorsum descendendo usque ad fluvium, qui de piscinis Przesolaryensibus et molendino fluit, deputavit et confirmavit. Et in eadem convalle circa viam scopulo erecto, et illic ubi convallis fluvium praedictum intrat, notabili scopulo erecto per fluvium in Gaium per viam usque ad locum Jeziorko ascendendo, et ibi in terra scopulis, et in arboribus signis firmatis, ad Ioltowij potoczek venientes, et ibi scopulo erecto, et tandem in eodem Potoczek ad dextram descendendo, et ex utraque parte scopulis illic erectis, usque ad fluvium qui ab Okonin fluit inter utraque Polanki videlicet Przesolary et Postolice. In quo fluvio iterum ascendendo usque ad acialem scopulum nobilis Petri Kibiec de Ochonin ex utraque parte scopulos firmavit et erexit. Praedictas duas haereditates per scopulos et per signa praedicta, etiam sic limitata limitando et separando autoritate nostra decrevimus habere et tenere robur perpetuae firmitatis. In praesentia generosorum et nobilium ac venerabilis viri domini Joannis Zaloszynski decretorum doctoris, et nobilium videlicet Stanislai haeredis in Modniczowice et Joannis Smider de Modlnica, et nobilis Stanislai de Rudno, et Stanislai Kleinp de Raczyborsko, et Stanislai de Dzmbij, et Joannis de

‰ Janowice, et aliorum nobilium et multorum fidedignorum circa praemissa consistentium. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum in Campo Rzeszolarij anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, feriâ secunda ante festum omnium sanctorum. Locus + sigilli appensi.

dR R. 127

Andreas Episcopus Posnaniensis, post Petrum de Rambino praepositum in villa Lompny, religiosum Stanislaum ~~ejusdem~~ eiusdem ecclesiae ~~praepositum constituit~~ praeficit.

1470. 26/IX Kłodawa

Andreas dei gracia Episcopus Posnaniensis discretis viris vicarijs Prepositure seu Ecclesie parrochialis in Lompny ~~aliis que~~ alijsque presentibus requirendis Salutem in domino. Quia vaccante prepositura seu Ecclesia parrochiali in Lompnij prefata diocesis nostre per liberam resignacionem honorabilis Petri de Rambyno, honorabilis et Religiosi fratris Mathie professi Ordinis fratrum sancti Augustini Monasterij in (sic) in Czyrwyensko eiusdem prepositure seu Ecclesie parrochialis in lompni ultimi et immediati Rectoris et possessoris, procuratoris legittimi, de cuius procuracionis mandato, nobis per Instrumentum publicum manu et signo Circumspecti Sigismundi Johannis de Jannschewo Clerici Plocensis diocesis publici Imperiali auctoritate notarij scriptum et consignatum, facta est plena fides, in manibus nostris simpliciter factam, per nosque admissam et receptam, honorabilem et Religiosum fratrem Stanislaum ordinis fratrum sancti Augustini Monasterij sancte Marie Virginis in Czyrwyensko, ad presentacionem Venerabilis et Religiosorum Raphaelis divina paciencia Abbatis, tociusque Conventus Monasterij Beate Marie virginis ordinis fratrum sancti Augustini in Czyrwyenszko sepefati, memorate prepositure seu parrochialis Ecclesie in lompny, verorum et legittimorum patronorum, per manus nostre capitis suo imposicionem investivimus et instituimus presentibusque investimus et instituimus de eadem; Curam animarum administracionemque Spiritualium et temporalium sibi committentes in eadem. Quocirca vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena

mandamus

quatenus dum et quando per memoratum honorabilem et Reli-
giosum fratrem Stanislaum vigore presencium requisiti
fueritis ad eandem preposituram sive parrochialem Ecclesiam
in Lompnij, cum ipso personaliter descendentes in realem
et actualem omnium Jurium et pertinenciarum dicte pre-
positure seu Ecclesie, eum inducatis possessionem ffa-
cientes (sic) sibi et non alterj de omnibus et singulis
fructibus censibus decimis redditibus et obvencionibus
universis per eos ad quos pertinet totaliter et integre
respondere Quodque parrochiani ipsius sibi tamquam
eorum vero et legittimo pastorj in omnibus licitis et
honestis obediant et intendant. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum presentibus est appensum Actum et da-
tum In Clodawa die Mercurij vicesima sexta mensis
Septembris anno domini millesimo quadringentesimo septua
gesimo. +

Mus. Ord.
Ex originali in ~~charta pergameno scripto.~~ Sigillum deest.
~~Bibliotheca~~ Zamoys. — bez pieczęci — taśma pergam. —

Na grzbiecie najstarszy napis: „Llomnensis prepositi presentacio
„cum investitura."

Zkollacyonowałem sam

~~29 Juni~~ 29 czerwca 1471, Konrad Biały, książę na Oleśnicy, Wołowie i zapisuje Dominikanom u św. Krzyża w Brzegu miarę zboża ~~x~~ ~~zamku~~ ze swego zboża należącego do zamku

Z oryginału.

Warthemberg

Wir Conrad der Weisse von gots gnaden Herczog ~~zu~~ In Slesienn zur ~~Olssen~~ Olssen Wolaw Warthembg etc. Bekennen offentlichn mit Diesim brive vor ~~x~~ allen dy en ~~sehn~~ sehn adir hern lezn, das wir betracht habn unnser vorfarn hrn und eldern und och unsir zelen zelikeit, und habn awsz rechtn wissn zu eynen loblichin zelegerethe und ewigen ~~testament~~ Dem Closter und Convent des Ordens der Prediger der kirchen zum heiligin Creueze zum Bryge zu hulffe und nucze dem selbigenn Closter off das dy Bruder dy dorynn gesamelt seyn diess fleissiger gote dem almechtigenn dynen mogen vormacht und vorschrebin, vormachn und vorschreybn ~~In~~ In crafft disz unsers brives, eyn Malder korn ~~?~~ In und off allem getreide das alhie zu Warthemberg zu unserm Slosse gehorende ist In solchir weyse, das dy gnantn Bruder des gemeltn Closters solch Malder korn alle ~~?~~ Ior ierlichin off Martini habin hebin fordern und Inmanen solln, unnd wolln und befelen itzunds mit Diesim kegenwortign unsrm brieffe unsrm heuptman der ~~x~~ alhie zu Warthemberg ist adir In zukunftigen czeiten seyn wirt, das her den ~~obgenan~~ obgnantn Brudern, das Maldir korn ane alle vorhinderunge off dy obingemelte czeit reichn unnd gebin sal. So das nicht geschege unnd den gnantn Brudern solch korn nicht gegebn wurde solln und mogen sy ~~?~~ dorume manen und mit geistlichen ~~und~~ adir wertlichn gerichte ~~?~~ dorzu brengen, das en das selbige Malder kornes gegebn werde, und wellen und seczen das solch ~~testament~~ nw und zu ewigen geczeiten bleibin und stehn sal unnd sal och von uns und unsrn nochkomenden fursten und hrn diesir lande nicht verhindt werdn das dy selbign Bruder an Gotis dinste des halbin och nicht geirret werdn. Des zu worem bekentnisz unnd steter haldunge habin wir Diesim brieff mit unsrm ~~?~~ Ingesigel lossn vorsigeln. Gebin zu Warthemberg am tage Sand Petri et Pauli der heiligen czwelffbotn Noch Christi geburt fierczehenhundt und dornoch In eynen unnd Sebenczigistn Ior.

Dokument pargaminowy z pieczęcią w czerwonym wosku na pasku pargaminowym wyobrażającą w okrągłej obwódce orła zwróconego w prawo. Na około napis: S. CONRADI. ALBI. IUNIORIS.

1474. [15. III, Corczin.]

Kazimirus dei gracia Rex polonie Magnus dux Lithvanie, Russie prussieque dominus et heres. Universis et singulis Capitaneis Cracoviensi, Siradiensi et Lanciciensi, aliisque omnibus in Regno nostro ubilibet constitutis, ac eorum vicesgerentibus presentibus requirend. sincere fidelibusque nostris dilectis, graciam nostram regiam cum favore. Magnifici, strenui et generosi, sincere fidelesque nostri dilecti. Non sine gravi animi molestia ac divine ulcionis metu, quotidianis spiritualium Regni nostri querelis lachrymis eciam permixtas (sic) audimus, quomodo per Terrigenas belligeros qui ad expedicionem generalem proxime preteritam procedebant, in bonis Ecclesiasticis Ecclie Cathedralis Cracoviensis, preter morem terrestrem dampnificati sunt. Volentes itaque ulcionem divinam intercipere, nostraque animadversione prevenire, cum omnibus consiliariis nostris in Opatowyecz exercitualiter congregatis, talem modum invenimus statuimusque, per quem ipsi spirituales damna sua per viam iuris repetant breviorem: Quod quilibet pro damnis suis possit coram Capitaneo loci cui dampnificator subiacet, eum convenire, quem ipse Capitaneus pro damnis sibi illatis, non secus quam pro articulo Castrensi, uno ex quatuor in iure descripto (sic) iudicare debebit, et admittere probacionem actori sicut pro violencia domestica: aut si actor id eligerit, quod arbitrio eius deferimus, purgacionem iuramenti, more castri, reo indicet. Si vero Capitaneus loci in longa distancia fuerit, cum quo reus deberet trahi in causam, poterit actor spiritualis, oportunitate captata, dum in his partibus Cracoviensibus et non maioris polonie essemus constituti, ad nostri presenciam reum citare, quem nulla districtus evocacione volumus excipi, sed more bellico actori ministrare iusticiam: que omnia prescripta de spiritualibus bene possessionatis terrestri dominio sive hereditarie, intelligere volumus. De aliis vero spiritualibus non possessionatis terrestri dominio, seu minoris condicionis, qui propter egestatem iudiciis terrestribus maxime sic remotis non sufficerent impendere, extunc poterint in iure eorum spirituali seu ecclesiastico damnificatores suos convenire, in quo quicunque iuste convicti fuerint, et censuras ultra annum sustinuerint, volumus, quod rigidissime constitucio de talibus edita observetur, et quod Turri mancipentur. Hanc volumus a iudicibus spiritualibus et actoribus severitatem nihilominus moderari, ut nec illi in petendo sive extimando (sic) damna sua, nec isti in decernendo modum excedant racionabilis equitatis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum in nova Civitate Corczin feria tercia proxima post Dominicam Oculi. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. Ad mandatum domini Regis. —

(Lib. T. priv. Cap. Crac. fol. 34.)

1476. Janusz i Włodek książęta Oświęcimscy a Zatorscy zeznają się być dłużnymi półczwarta sta czerw. złotych węgierskich Janowi Myszkowskiemu.

My Hanuss a Włodek bratrze własłni a nedielni z Buoze milosti kniezata Zathorska etc. Wyznawamy tymto listem obecznie przedewssemy, ktoz gey vzrzi aneb cztucze slisseti bude, ze gsmy Dluzni dluhu praweho nam wdiek pogyczeneho puol cztwrta sta zlattich Dobrich vherskych zlatta y waty sprawedlywich Slowutnemu panowsi Janowi Mysskowskemu z Przesyczowa, geho erbuom a potomkom, kterezto zlatte swrchupsane puol cztwrta sta zlattich Janowi Mysskowskemu nadepsanemu y geho erbuom a potomkom przipsalismy y przipysugemy lista tehoto moczi na wes a zbuoze nasse Podolsse w nassym Zathorskem glytie zalezelem, kterez to zbuoze prwe Oswieczene Knieze kniez Wacztaw otecz nass

/ slawne pamieti panu Mykolassowi
Myesskowskemu zawedl a na wedir
kawff za puol osma sta zlattich
prodal a zastawil. A to zboze y wes
Podolsse se wssemi platy a pozytky
zadnych newyygymagicze ani pozuo
stawugicze swrchupsani Ian Myesskow
ski y swymi erbi a potomky w tiech
swrchupsanich summach w onich puol
osma sta y take y tiech to puol cztwr
ta sta zlattich gmagi gmyeti, drzeti
a pozywati tak dluho, az gym gich
summu peniez swrchupsanich puolos
ma sta y take y tiechto puolcztwrta
sta zlattich damy zaplatymi a zbuo
ze swe nadepsane gmenem Podolsse
od nich odkupymy a wyplatymi, a
gym gich nadepsane penieze puol
osma sta zlattich y take puol cztwr
ta sta zlattich spolu a pohromadye
damy a polozymi, a nemamy ge
dnich peniez od druhich dielyti, ale
gie w summie gedney a w gedney

1/

hromadye klasti a w gich mocz a ru-
cze lista tohoto moczi slibugeme pod
nassi dobru wieru. Tomu na swiedo-
mie a prolepssi gistotu nasse sme
peczeti ktomuto listu kazali przy-
wiessiti s nassym dobrym wiedomym
a wuoli. Genz dan a psan w Za-
thorze w Vteryj przed Swatu Hedwi-
gu lleta po Narozeni Syna Buoze-
ho tysiieczeho cztirzysteho sedmdes-
ateho ssesteho. A Przitom gsu bi-
ly zemanie wierni nassi myli My-
kolass starssi Mysskowsky z Przety-
czowa, Jan Rudsky, Stanislaw Rud-
sky, Dlugomyl z Radocze, Michal
Slezak z Laskowe, Mykulass z w
Ruczek z Brzeznicze, Mykolass
Mysskowsky mlady, Mathias pysarz,
genuz tento list psati poruczen byl.

Dokument pargaminowy opatrzony
dwiema okrągłemi pieczęciami,
zawieszonemi na rzem. parg. wy-
ciśniętemi w wosku czerwonym.

pierwsza powszechnie znana Zamorza
Księcia Zatorskiego z contrasyg. sygne,
tem; druga przedstawia orła w pra,
wo zwróconego w tarczy obwiedzionej
gałązkami. W otoku jej na wszędzie na,
pis s. vladislai. d. g. ducis. oswię,
cimens. et. zathoriens.



Własność Kapituły Kaliskiej

R. 1476. [20. XII, Opatów

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Et si gesta que fragilitas humana pro commodo temporali cum tempore perituro tanto studio sollicitudinis, ut illibata permaneant in posterum ordinet, quanto amplius ea convenit posterorum memorie commendare, unde fructus salubrior animabus in eternum victuris speratur et divinus cultus in ecclesia Dei suscipiat incrementa, proinde Nos Jacobus Dei gratia Sancte ecclesie Gnesnensis Archiepiscopus et Primas cunctis, quos presens continet etas comprehenditque futura, volumus esse notum, quomodo honorabilis Johannes Lorconis, altarista Vicariusque perpetuus ecclesie nostre Collegiate Sancte Marie in Calisch, salubri ductus devotione, de bonis sibi a Deo collatis cupiens altare suum in prefata ecclesia Sancte Marie Calisiensis ad honorem et gloriam Omnipotentis Dei et in honorem eius vivifici Corporis Domini nostri Iesu Christi ac Beate Anne, Genitricis matris sue, necnon sanctorum martirum Cristofori, Dorothee, Margarethe, Katharine et Barbare virginum, fundationis et dotationis olim honeste Iudcze, dicte Pyanthkowa de Calisch per nostros predecessores erectum, pro uberiori sustentatione altaristarum pro tempore existentium censibus et proventibus ampliare et augere census annuos infrascriptos per ipsum sub titulo reemptionis comparatos in remissionem peccatorum suorum dedit, donavit ... altaristis eiusdem altaris pro tempore existentibus ratione tertie Misse de beata Anna singulis feriis quintis annis singulis et de

alijs patronis per ipsos altaristas explendae irrevocabiliter assignavit. ac censibus et proventibus prefate Iudore dotatricis dicti altaris insuum adiunxit. Et primo octo scotos monete communis in et super Balneo Simonis in platea Textorum. Item mediam marcam in et super domo et area Johannis Jantosch cuprifabri penes Castrum in platea Castrensi in Calisch sita. Item octo scotos super domo et area Viti carnificis penes domum Scrypyerski, quam nunc possidet ....... sartor in platea Sancti Nicolai, sitam. Item sedecim scotos monete communis super medio laneo scoltetie in Thynyecz Francisci olim, ~~Colsky~~ quem possidet nunc Blasius Corenda. Item duas marcas monete communis, in Regno currentis in et super totis sortibus villis et hereditatibus Szczury ........ Nobilis Johannes de dicta Szczury in Districtu Calisiensi sitis. Demum sequitur census prefate Iudore dicti altaris fundatricis. Et primo octo scoti in et super domo et area Nicolai Clecameth civis Calisiensis in platea ~~Calisiensi~~ Thorunensi in Calisch sita, quam nunc possidet Magdalena Coj....... penes domum Mathie Pyrzyna. Item sedecim scoti in et super domo et area Alberti, dicti Wolny in platea Wratislaviensi sita inter domos Jacussy Colski et braxatorium Fryczkowsky nunc inter domos Compka et Jacobi Mrzyglod, quam possidet Stanislaus Suzek. Item duo macella carnificum ......... inter alia macella civitatis predicte per eam iure hereditario possidenda, comparata, unum videlicet situm ex opposito Cranch iuxta macella piscatorum, quod nunc Lucas Gnyazdowsky possidet penes Claczyk et aliud quod

Nicolaus Golardi olim possidebat situm inter macella Corczinsky et Strunijsky, quod nunc possidet Stanislaus Capijnosz penes macellum Swijnarsky cum omni iure dominio, quo ipsa tenebat, habendo possidendo. Item octo scotos communis monete in et super domo ~~dom~~ olim Droszdzalonis in platea textorum in Galisch sita, nunc penes Czudrijmarzek textorem, quam possidet Michael Lijczko. Item octo scotos in et super domo Johannis Crobijelowsky penes Candnadorothka nunc penes Pthakowa, quam possidet Jacobus Scharapijcha in platea Thorunensi in Galisch sita. Item octo scotos monete communis super totali Balneo in platea pannificum sito. Item decem grossos monete communis in et super domo et area Stanislai Slywka nunc Johannis arcuficis penes domum Victorowey in platea pistorum in Galisch sita. Item sedecem scotos in et super domo et area olim honeste Anne, vicina aree honorabilis domini Prepositi Zydowijensis nunc vero penes domum universitatis Vicariorum sancte Marie Galisiensis perpetuorum, quam possidet Venerabilis Thomas Jardanowsky Canonicus prefate ecclesie in platea Beate Virginis sita. Item sedecem scotos monete in Regno currentis in et super tota scoltetia in Rijchnowo pro decem marcis monete usualis per Mijcosch scoltetum cum Dorothea uxore sua in Rijchnowo venditos. Item sedecem scotos monete communis in Regno currentis in et super tota sorte et hereditate in ~~Os~~ Oschczeclijno in Districtu Galisiensi per Nobilem Mathiam de Oschczeclijno prefata et suos successores legitimos annis singulis solvendos. Item sedecem scotos in et super totali hereditate Chros-

thowo monete communis per olim Nobilem Johannem Curosz pro decem marcis venditos et per ipsum Johannem et suos successores altaristis prefati altaris pro tempore existentibus solvendos. Item unam marcam cum octo scotis pecunie in Regno currentis in et super quatuor mansis agrorum scoltetie in villa Jedlcza in districtu Calisiensi sitis per olim Nobilem Nicolaum de Bijskupicze venditam pro viginti marcis et per ipsum et suos successores annis singulis altaristis predicti altaris solvendam, prout hec in litteris dominorum Consulum Calisiensium, Magnificorum dominorum Capitaneorum Maioris Polonie specialiter sanis salvis et integris ipsorumque sigillis sigillatis plenius continentur. Quam quidem donacionem censuum predictorum prefatus Johannes altarista per nos admitti ipsosque suo predicto altari et altaristis pro tempore existentibus eiusdem altaris incorporari et confirmari ac insimul cum censibus et proventibus supradictis predicte Judcze fundatricis dicti altaris coniungi necnon huiusmodi altare tituli, quo supra, de novo erigi petivit. Nos vero Jacobus, Archiepiscopus memoratus prefati Johannis altariste pija et devota desideria paterno favore prosequi cupientes donationem prefatam per ipsum sic ut premittitur, factam omniaque et singula in litteris prefatis contenta admisimus ac insimul cum prefatis censibus predicte fundationis univimus et adiunximus predictoque altari et altaristis pro tempore existentibus incorporavimus et confirmavimus,

ac ipsum altare tituli, quo supra, in ecclesia nostra Collegiata sancte Marie in Calisch de consensu et voluntate honorabilium dominorum universitatis vicariorum perpetuorum, sepefate ecclesie Calisiensis Patronorum et Collatorum unicorum predicti altaris, Crida contra omnes et singulos sua interesse putantes premissa, de novo ereximus ac pro dote eidem altari et altaristis pro tempore existentibus census prefatos omniaque suprascripta seu alios loco eorum succedentes admittimus, incorporamus, confirmamus ratificamusque et erigimus per presentes, decernentes, ut predicti census et omnia suprascripta de iure suo ecclesiastici nuncupentur ac pro ipsorum recuperatione ad iudicem ecclesiasticum recursus habeantur. Ut autem prefati dotatores suarum donationum fructus speratos efficacius mereantur, statuimus et ordinamus, quod prefatus Iohannes altarista et sui successores pro tempore existentes, dicti altaris altariste tres missas, unam pro defunctis ferijs secundis, secundam de Beata Anna patrona et alijs patronis eiusdem altaris ferijs quintis et tertiam de Beata Virgine Maria diebus sabbativis per singulos annos singulis septimanis circa predictum altare per se vel alium legere et infra divinis officia in Ecclesia superpilliciatus more aliorum altaristarum incedere, processionibus consuetis ecclesie sub obedientia prepositi teneatur interesse. Ius autem Patronatus seu presentandi dicti altaris ad universitatem dictorum Vicariorum perpetuorum, sancte Marie Calisiensis patronorum dicti altaris iuxta vota prefate Iudcze defuncte sororis dotatricis volumus perti-

nere et spectare in perpetuum. Qui vicarii unum de ipsorum Collegio vicarium seniorem non etate sed vocatione primum actu presbiterum aliud altare in eadem ecclesia non habentem, alias alium similiter vocatione sequentem, priorem ad ipsum altare, quotienscunque vacaverit, nobis vel successoribus nostris presentabunt, confirmandum et investiendum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras erectionis litteras scribi nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum in Castro nostro Oppathow die vicesima mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Presentibus ibidem Venerabilibus dominis Martino de Z...lyn preposito Calisiensi, Jacobo de Zalessije in medicinis Doctore et Gregorio preposito fratrum Regularium ad Sanctum Nicolaum in prefata Calisch aliisque pluribus circa premissa testibus fidedignis.

Pieczęć urwana; pozostały tylko grube sznurki jedwabne.
Własność Kollegiaty Kaliskiej

R. 1479. [6. VIII. Kalisz]

In nomine Domini Amen. Nos Mathias de Bnyn, Palatinus Posnaniensis et Capitaneus Maioris Polonie generalis. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris, quomodo ad nostram et aliorum eiusdem terre Nobilium veniens presentiam Nobilis Petrus Bochnek in Czechnowo non compulsus non coactus neque

aliquo errore devio seductus, quinimmo sanus mente et corpore existens usus suorum salubri consilio amicorum et matura deliberatione intra se prehabita, in et super tota sua villa Czechnowo in Districtu Calisiensi sita ac in omnibus eiusdem ville Kmethonibus, censibus redditibus, proventibus et utilitatibus quibusvis, quocunque nomine sive vocabulo censeantur, quomodolibet ad dictam villam pertinentibus et spectantibus, unam marcam pecunie communis in Regno currentis et receptibilis numeri polonicalis census annui singulis annis pro quolibet festo Sancti Martini Episcopi et Confessoris sese continue et immediate sequentibus sub pignore domini Capitanei Iore solvendos, in et pro quindecim marcis mediorum latorum grossorum bonorum monete et numeri polonicalium consuetorum, quadraginta et octo grossos marcam in quamlibet computando, Universitati dominorum vicariorum perpetuorum Ecclesie Collegiate Sancte Marie in Calisch pro tempore et in futurum existenti, vendidit et in spem ac titulum iuste reemptionis alias na wederkoff in perpetuum resignavit, per ipsam Universitatem et eiusdem successores ex eadem villa et successoribus heredibus eiusdem ville Czechnowo dictum censum unius marce tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, tollendum percipiendum, levandum et in usus beneplacitos convertendum. Quamquidem resignationem more solito et ex officio Capitanei nostri ratam atque gratam suscepimus et ipsam presentibus ratificamus et approbamus, decernentes ipsam robur obtinere perpetue firmitatis more premisso. In cuius rei testimonium

sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Calisch feria sexta in die Transfigurationis Domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus, Johanne Czolek herede in Czacz Poznaniensi Vincentio Chwalibogowsky Calisiensi Burgrabijs, Nicolao Mlinsky, Bogumil Colaczkowsky, Bernarth Zalesskij et Nicolao Buzenskij alijsque plurimis Nobilibus fidedignis testibus ad premissa.

Pieczęć urwana

Własność Kollegjaty Kaliskiej.

R. 1478. [3. XII, Rzym]

Sixtus Episcopus, Servus Servorum Dei dilectis filiis Preposito et Archidiacono ecclesie Beate Marie Calisiensis, Gneznensis Dyocesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis universi perpetui Vicarii in ecclesia Beate Marie Calischiensis, Gneznensis Dyocesis, quod Nobilis dominus Nicolaus de Richwal Domicellus et quidam alii clerici et laici dicte diocesis super quibusdam pecuniarum summis, bonis et rebus aliis ad eos communiter spectantibus, iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni Vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, usuris cessantibus decernatis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso, ne in terras dicti Nobilis

auctoritate presentium interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, tertio Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno octavo.

Pieczęć urwana.
Własność Kollegjaty Kaliskiej

R. 1462. [6. XII, Kalisz.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Petrus de Schamotuli, Castellanus Poznaniensis et Capitaneus Maioris Polonie generalis. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo ad nostram aliorumque eiusdem terre Nobilium venientes presentiam Nobiles Paulus et Albertus fratres germani necnon seniores fratresque tutores aliorum fratrum, videlicet Petri et Jacobi germanorum indivisorum heredes in Bunyno villa sic nuncupata in Districtu Calisiensi sita et Hedvigis ipsorum genitrix cum litteris dotalicij sui, non compulsi non coacti nec aliquo sinistro errore seducti aut seducta, quinimo sani mente et corpore existentes usi suorum salubri amicorum consilio maturaque deliberatione prehabita, volentes bona sua

hereditaria ibidem in Bunyno ampliare et pro se ac alijs fratribus augere sua sponte et ultronea voluntate in et super tota villa et in suis sortibus Bunÿno ac omnibus et singulis Kmethonibus et incolis eiusdem ville in Districtu Calisiensi site, cum omni iure et dominio prout soli tenuerunt, habuerunt et posséderunt seu tenent, habent, possident, et super omnibus et singulis censibus, fructibus redditibus, predijs, agris cultis et colendis, pratis, ortulanis, thabernis, pomerijs, silvis, borris, gajs, nemoribus, indaginibus, mericis, lacubus, stagnis, piscinis, piscaturis fluvijs, fluminibus, molendinis aqualicis et ventitibus constructis sive construendis eorum emolumentis et generaliter super omnibus et singulis utilitatibus quomodolibet ad predictam totam villam Bunÿno et ipsorum sortes spectantibus et spectare sperantibus, quibuscunque nominibus seu vocabulis vocitentur specialibus tam late, longe prout dicta villa Bunÿno in suis metis et granicijs ab antiquo fuit et est distincta et limitata, duas marcas cum media census annui pro quolibet festo Beati Nicolai Confessoris gloriosi solvendas et solvendam singulis annis sese sequentibus sub pignoratione Domini Capitanei pro tempore existentis maioris Polonie generalis tali conditione, quod dominus Capitaneus vel suus Burgrabius presenti littera monitus poterit et debebit pignorare ipsa predicta bona usque ad effectualem solutionem predicti census annui in et pro triginta marcis latorum grossorum pragensium in quamlibet marcam

quadraginta octo grossos computando et pro media etiam marca communis pecunie currentis potioris in Regno, duas videlicet marcas honorabili domino Johanni altariste de collatione Universitatis vicariorum sancte Marie Calisiensis, mediam vero marcam predicte Universitati vicariorum communis pecunie potioris in Regno currentis et eorum successoribus legitimis foro, spe et tytulo redemptionis alias na wederkow predicta Hedwigi matre ipsorum ad hoc consentiente vendiderunt et coram nobis rite et rationabiliter iuxta terre consuetudinem in perpetuum resignaverunt per ipsos honorabiles dominos Johannem altaristam et universitatem vicariorum, ut premissum est, tollendas, levandas, recipiendas, et in usus beneplacitos prout ipsis melius et utilius videbitur expedire convertendas, nullo Iure Spirituali aut seculari nec quovis alio colore exquesito ipsum altaristam et vicarios predictos evadendo, quodque si Paulus et Albertus germani                                   voluerint redimere huiusmodi censum, extunc predictum altaristam et vicarios ipsorumque successores debent avisare et ipsis                    . ante decursum trium mensium non alias nisi similiter pecunia triginta marcarum latorum grossorum pragensium          .          .          . communis pecunie bone monete currentis in Regno. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Calis feria secunda ipso die Beati Nicolai Confessoris gloriosi Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo

sexto. Presentibus ibidem Nobilibus et Generosis dominis Derslao Subpincerna Calisiensi et herede in Kwiatcowo, Stanislao de , Paulo de Kwiatcowo et Johanne Czeczorka testibus et alijs nobilibus circa premissa.

Pieczęć zaszyta w płótno wisi na pasku pergaminowym, ale pokruszona.

—— . ——

1

Własność Kollegjaty Kaliskiej

R 1477. [25. IV, Gniezno.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam gesta humana, que aguntur in tempore crebrius a mentis armario processu temporum dilabuntur. Ideo circumspecta hominum distinctio consweuit eadem stilo officio posteriorum viuaci memorie concordare, presertim Iudicio aut concordia terminata, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, sed salva permaneant et illesa persistant; Proinde nos Wladislaus de Poznania et Iohannes de Rodaky, decretorum Doctores, Canonici Ecclesie Gneznensis, arbitri, arbitratores et amicabiles compositores per partes infrascriptos ab ore et concorditer nominati electi et assumpti, universis et singulis tam presentibus, quam futuris, presentium notitiam habituris, quibus expedit per presentem significamus, quomodo orta inter Venerabilem dominum Jacobum de Redecz, Canonicum Cruschvicieniem et presentatum ad altare sancte Marie Egipciace in Ecclesia Collegiata sancte Marie in Calijsch ex una et discretum Magistrum Iosth de Poznania ex adversa partibus et eorum patronos partibus ab altera, pro de et super Iure patronatus et presentandi dicti altaris coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Jacobo, Dei gratia sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo et Primate necnon quibusvis Iudicibus materia eius questionis Tandem partes predicte volentes, ut dicebant, hincinde parcere littibus, expensis, fatigis, laboribus, sumptibus et impensis in

in amore que mutue caritatis permanere cupientes super omnibus et singulis littibus, displicentiis, inimicitiis, rancoribus, odijs, dissensionibus

. Iudiciorum strepitibus ac alijs emergergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis inter ipsas partes quomodolibet suscitatis et exortis seu motis vel movendis. Et generaliter super omnibus et singulis alijs, que dicte partes premissorum occasione sibi invicem possent vel deberent omnes generaliter ac singulariter singuli opponere facere dicere aut (modo) quolibet movere melioribus

.. tudine, quibus melius et efficacius voluerunt, valuerunt et debuerunt sponte et libere non coacti, non compulsi, neque per errorem aut improvide neque aliquo dolo aut sinistra machinatione circumventi, sed animi deliberatione prehabita sufficienti pari voce et concordi voluntate, nos arbitros et amicabiles compositores elegerunt nominaverunt et assumpserunt amicabiles arbitros et basso palam publice voluntarie et expresse compromiserunt et compromissum fecerunt dantes et concedentes nobis arbitris vigore presentis compromissi plenam, omnimodam liberam et expeditam potestatem super omnibus et singulis predictis differentiis, littibus et questionibus sumarie et de plano sine strepitu et figura Iudicii ipsis partibus vocatis vel non vocatis, presentibus vel absentibus aut una parte presente et alia absente, die feriata vel non feriata hora quacunque stando vel sedendo, in scriptis vel vive vocis oraculo, quocunque tempore, in quocunque loco nobis arbitratoribus et amicabilibus compositoribus placuerit aut

virum fuerit expedire iuxta Deum et iustitiam auditis hincinde partium propositionibus, allegationibus et deductionibus et litteris ex utraque parte producendis visis et recensitis ac equa lance iustitie discussis diffinire pronuntiare, decernere et declarare atque penas quascunque prout nobis videbitur interponere et vallare promittentes ipse partes per solemnem stipulationem in manibus nostri Notarii infrascripti factam, huiusmodi compromissum nullo utique tempore quovis ingenio aut colore tacite vel exprese, directe vel indirecte, per se vel per alium sive quamcunque aliam personam summissam revocare vel ab eadem recedere seu quovis ausu temerario contravenire, quinimo eidem compromisso nostroque arbitrio, laudo, diffinitioni decreto, pronuntiationi stare et parere ac ad unguem perpetuo et inviolabiliter approbare, manutenere et observare per nos arbitros laudatum diffinitum pronunciatum decretum et declaratum fuerit in premissis et generaliter Renuntiantes insuper voluntarie et exprese dicte partes hincinde propter bonum pacis et concordie rumoribus, litibus differentiis strepitibus dilationibus et controversiis exceptionibus, impugnationibus, appellationibus et quibusvis allegationibus tutelis et discussionibus, iuribus, privilegijs litteris et indultis tam Caplit quam Regalibus vel loci ordinariis concessis vel concedendis impetratis vel impetrandis omnibusque aljs auxiljs et remedijs tam Iuris Canonici quam civilis et recursu ad arbitrium boni viri ac aljs vijs modis et cautelis Iuris sive facti, quibus mediantibus aliqua partium predictarum seu alias quomodolibet sua interesse putant.. in posterum contra premissa deberet aut posset

in premissis seu quomodolibet iuvare, tueri et defendere. Nos itaque Wladislaus de Poznania et Iohannes de Rodaky Canonici ecclesie Gneznensis prefati visa et audita partium predictarum fervida et desideranti ad pacem et concordiam et mutuam unionem dispositione, compromisso huiusmodi in nos sic ut prefertur facto et per nos propter pacem et bonum commune partium ipsarum assumpto ~~tenuato~~ statim et in continenti, nos benevolos et paratos exhibuimus et obtulimus prelibatas hincinde partes atque earum in.... cos. propositiones allegationes et productiones ac litteras, quascunque, Iura, privilegia et et munimenta audire videre et examinare et hijs auditis et habitis atque cum ipsis partibus seorsum ac singillatim diutius reconsitis, masticatis et pausatis et eisdem ad unionem et concordiam cum ipsarum partium scientia voluntate et consensu mutuis alias per modum fori conductis pena quoque ducentorum florenorum hungaricalium auri puri boni et iusti ponderis contra dictas partes per nos vallata et interposita per partem contraveniente nostro arbitrio parti obedienti et tenenti nostrum arbitrium quinquaginta et pro arbitris quinquaginta, centum vero florenos pro fabrica ecclesie Gneznensis solvendos et per ipsas partes hincinde exigendos eisque solutis vel non solutis, nichilominus huiusmodi nostra arbitralis sententia debet in suo robore et vigore perpetuo ~~per~~ permanere, huiusmodi vero pena sic ut premittitur per nos vallata et per dictas partes grato et benevolo animo assumpta et recepta ad nostram huiusmodi causam arbitralem sententiam, decretum et pronuntiationem duximus procedendum et processimus quam tulimus et promulgavimus ferimusque, pronuntiamus et pro-

mulgamus huiusmodi sub tenore. Cristi nomine invocato et ipsum solum prae oculis habentes per hanc nostram sententiam arbitralem, quam ferimus in hijs scriptis. Inprimis omnes lites, differentias, questiones, odia et dissensiones quomodolibet inter partes hincinde exortas et suscitatas extinguimus, suffocamus et perpetuo mortificamus atque decernimus, quod ipsis sint boni ~~communes~~ conviventes et futuri amici. Item decernimus, quod partes revocare debent procuratores eadem in causa ubilibet constitutos, quod ibidem in continenti coram nobis fecerunt. Item arbitramur, quod dominus Redeczky Canonicus debet adducere dominum Johannem Starosky, suum patronum ad acta Consistorii Gneznensis ad confitendum se habere Ius patronatus eiusdem altaris et quod ficte aut imaginarie providit illud renuntiare. Item decernimus, quod prefatus dominus Redeczky originalem Erectionem dicti altaris et alia munimenta debet reponere apud acta prefata in manus Alexij Josth et ipsius patronum putatum. Item diffinimus, quod prefatus dominus ~~Jac~~ Jacobus Redeczkij debet et tenebitur dictum altare in manibus ad id potestatem habentibus, cedere et renuntiare in favorem Alexij Josth, postquam pinguius beneficium ex quacunque provisione assequetur. Alioquin simile ~~tes~~ aut minus beneficium cum cura vel sine cura in quacunque ecclesia pacifice, quamcito poterit, expedire debebit. Casu vero, quo non expedierit, extunc de fructibus altaris predicti ~~Jacobi~~ debebit sustentare ratione studii prefatum Alexium Josth et sibi aut suo procuratori reponere apud acta Consistory Gneznensis per tres ~~sextos~~ ~~cornm~~ ~~procurator~~ florenos ungaricales pro festo Beati Marci sub censuris ecclesiasticis. Item decernimus, quod dominus Johannes Josth et Allexius filius

suus cavere debent, prout caverunt de tenenda concordia pro patronis suis dicti altaris, a quibus presentationem de novo ad dictum altare in personam ~~Venerabilis~~ Redeczky prefati sufficienter expedire. Et apud acta Consistorij Gnesnensis pro festo Trinitatis proximo venturo reponere. Item dicimus, quod dominus Redeczky prefatus procurabit suis sumptibus partium concordiam in omnibus punctis et clausulis auctoritate ordinaria confirmare quantum est de Iure, confirmationemque ipsam et investituram suam ad presentationem ~~putationem~~ patronorum obtentam, ad presentationem verorum patronorum apud dominum Officialem Gnesnensem confirmandam, reponere pro festo sancti Bartholomei proxime venturo. Item hec omnia et singula partes prefate tenebuntur et debebunt fideliter adimplere sub pena per arbitros vallata et per partes assumpta, videlicet ducentorum florenorum ungaricalium, centum pro ecclesia Gnesnensi, quinquaginta pro arbitris et reliquos quinquaginta florenos pro parte tenente. Ad quam pene solutionem partes prefate penis et censuris Officii Gnesnensis se sponte et libere submiserunt. Item huius sententie interpretationem prefati Arbitri ad ~~arbitrium~~ sibi interpretandum reservaverunt. Lecta, lata et in scriptis pronuntiata fuit et est hec arbitralis sententia per nos Wladislaum et Iohannem de Rodaky, Canonicos supra descriptos anno indictione Pontificatu die mense hora et loco infrascriptis. Post cuius quidem sententie arbitralis pronuntiationem partes supradescripte ibidem presentes et comparentes. et earum quelibet suis nominibus predictam nostram sententiam arbitralem

et pronuntiationem in toto et de eorum certa scientia approbaverunt, susceperunt et emologaverunt, se quoque et alios quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum pene supradescripte eo modo, quo per nos vallata et interposita est, sponte et libere summiserunt. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostram arbitralem sententiam et compromissum continentes per Notarium publicum et facti huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum partibus predictis instantibus et petentibus scribi et publicari nostrorumque sigillorum appensione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Gnezne in domo Venerabilis domini Wladislai de Poznania prefati habitationis sue in summo sita. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Indictione decima, Pontificatu Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia Pape quarti, anno eius sexto, die Veneris vicesima quinta mensis Aprilis. Presentibus circumspectis Johanne de Calysch Laurentio de Lyskowo clericis diocesis Gneznensis Notarijs publicis testibus circa premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Mathie de Minoriflorya sive de Cleparz diocesis Cracoviensis clericus, publicus imperiali auctoritate Notarius ac coram prefatis Venerabilibus viris dominis Wadislao de Poznania et Johanne de Rodaky decretorum Doctoribus ecclesie Metropolitane Gneznensis Canonicis, Iudicibus compromissorum, facti et cause huiusmodi scriba.

Quia predictis stipulationi, renuntiationi, pene susceptioni rathihabitioni alijsque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens fui eaque omnia sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum vim et tenorem sententie diffinitive arbitralis in se continentem, per alium me negociis prepedito seu occupato scriptum exinde confeci manu propria subscripsi et in hanc publicam formam redegi signo et nomine meis solitis et consuetis unacum prefatis Venerabilibus viris Vladislao de Poznania et Johanne de Rodaky, decretorum Doctoribus, Canonicis ecclesie Gneznensis de mandato speciali eorundem sigilli appensione consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum.

Na odwrotnej stronie dokumentu: [1477, 11.VI. Skwirniewice]

In nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Indictione decima Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et domini nostri, domini Sixti divina providentia Pape quarti, anno eius sexto, die vero undecima mensis Junij hora Vesperorum in Curia ville Sqwirnyewicze mense Archiepiscopalis et ante domum maiorem Curie eiusdem constitutus personaliter honorabilis dominus Martinus Grusska, de Gnezna Notarius Reverendissimi in Christo Patris et domini, domini Jacobi, Dei gratia sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopi et Primatis procurator et nomine procuratorio Venerabilis domini Jacobi de Redcz, Canonici Crusswicziensis

et altariste sancte Marie Collegiate Calisiensis tenens et habens suis in manibus Instrumentum sententie ex in compromissi facte intro-scriptum. Illud coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Jacobo Archiepiscopo memorato exhibuit petens, quatenus sua Paternitas Reverendissima eandem sententiam et omnia in eadem contenta approbaret, ratificaret, confirmaret robureque ordinarium perpetue firmitatis apponere. Qui quidem Reverendissimus dominus Jacobus Archiepiscopus et Primas audito et in presentiarum lecto tenore eiusdem sententie omniaque et singula in eadem sententia contenta librando et masticando debitaque deliberatione intra se prehabita attendens petitionem eiusdem domini Martini procuratoris fore iustam, dictam sententiam ac omnia in eadem contenta, in omnibus conditionibus, punctis clausulis et articulis approbando confirmavit et ratificavit, ratificatque confirmat et approbat decernens tandem decreta sua scientia robur perpetue optinere firmitatis per presentes. Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus Martinus procuratorio, quo supra, nomine pecijt a me Notario infrascripto presens sibi fieri et confici instrumentum. Acta sunt hec anno, indictione, Pontificatu die mense hora, quibus supra, presentibus ibidem Venerabilibus ac honorabilibus dominis Benedicto de lopijenno, Canonico Gneznensi ac Cancellario Nicolao de Strzezewo in Lubeza Paulo de Lobzenica, artium Baccalaureo in Marzenijno, Gneznensi, Alberto in Swecze, Wladislaviensi diocesanis plebanis, Capellanis et Notarijs Curie Archiepi-

scopalis ad premissa testibus vocatis. –

Et ego Iohannes Nicolai de Przesyela, clericus Poznaniensis Diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius et coram Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Jacobo Archiepiscopo et Primate Gneznensi memorato, causarum et facti presentis scriba. Quia predictis sententie productioni, ratihabitioni, petitioni, lectioni, approbationi et decreti appositioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent agerenturque unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens Instrumentum manu propria scribens, in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis consignavi ac sigillo ipsius Reverendissimi domini Archiepiscopi communivi de sue Paternitatis Reverendissime speciali mandato in fidem et testimonium omnium premissorum.

Pieczę urwana.

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ex quo oblivio universas humanas actiones abolere consueverit, nisi litterarum et testium annotacione perhennentur, Nos itaque Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Litwanie, nec non Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Russie, prussie, Elbingensis, Culmensis, et Pomeranie terrarum dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris harum noticiam habituris: Quomodo dum plures ac varie controversie et dissensiones inter Nos, sive Generosum Stephanum de Pogorzicze tenutarium nostrum Bandzinensem modernum, et ex adverso Reverendum in Chro patrem Dominum Joannem Epum Cracoviensem sincere nobis dilectum, occasione limitum et graniciarum inter bona videlicet villas et hereditates ipsius Domini Epi et sue Ecclie Cracoviensis, Luschowicze et tercie partis sive sortis Cieszkowicze, clavis Slawkoviensis ex una, ac nostra regalia scilicet duarum parcium sive sorcium eiusdem ville Cieszkowicze, Tenute Bandzinensis, partibus ex altera, in solucione Olboré plumbi, agrisque, campis, silvis, plumbifodinis, et aliis, annis transactis et hucusque fuerint suscitate et exorte, — Nos, volentes eidem Domino Epo de se prefatoque Tenutario iusticiam, uti tenemur, exhibere, Commissarios Nostros Magnificum et Generosos Jacobum de Dambno Castellanum et Capitaneum Cracoviensem, Andream de Thanczin Sandecensem, Joannem de Pilcza Becensem Castellanos, et Joannem Sinowiecz de Sandowicze Succamerarium Cracoviensem et Capitaneum Chanczinensem, sincere fidelesque nostros dilectos, ad revidendum, oculisque subiciendum loca differenciarum huiusmodi inter villas et hereditates Luschowicze et Cieszkowicze antedictas, et testes senes dictarum villarum parte ab utraque nominandos, facti huiusmodi sciolos, de veritate dictorum locorum et limitum ac differenciarum earundem expertos, pro informacione animi nostri et decisione dicte litis, facienda, deputavimus cum pleno cognicionis dictarum differenciarum officio. Qui tandem Commissarii nostri, mandato et commissioni nostris satisfacientes, ad loca supradicta personaliter descendendo, ex testimonio proborum senum hominum, per utramque partem inductorum, de quo nobis relacionem fecerunt fidelem, comperierunt et invenerunt, tam ipsi domino Epo, quam eciam nobis ac bonis nostris predictis, vicissim in solucione Olboré plumbi, arvisque, campis, montibus, silvis, rubetis, inferius lacius designatis, fuisse et esse iniuriatum. Preterea controversias, differencias et dissensiones memoratas, inter Nos Tenutariumque Nostrum Bandzinensem, et ex adverso eundem Dominum Epum et suam Eccliam Cracoviensem, bonaque predicta nostra et ipsius Domini, hactenus exortas et in futurum oriendas perpetuo succidentes et mortificantes, nostra et Consiliariorum nostrorum sentencia decrevimus et sentencialiter decernimus hunc modum et ordinem in dictis solucione Olbore plumbi, limitibusque et graniciis villarum et hereditatum Luschowicze et Cieszkowicze predictarum, qui sequitur observandum. Videlicet quod omnes agri quos dicti kmethones de Luschowicze et tercie partis sive sortis Epalis Cieszkowicze colunt de presenti, ac etiam omnes arvi alias Niwi ex utraque parte dicti Montis plumbi fodinarum, Luschowska gora nuncupati, et consequenter arvi, alias Lopaniny inter predictas hereditates Luschowicze et Cieszkowicze iacentes, quos antea prefati kmethones et incole Episcopales de Luschowicze et Cieszkowicze arabant et excolebant, et pro quibus differencie et impedimenta ab ipso Tenutario nostro Bandzinensi, kmethonibus eiusdem domini Epi inferebantur, ad easdem hereditates et villas dicti Domini Epi Luschowicze et tercie partis Cieszkowicze pertinebant, pertinereque et spectare debent, et deinceps incole et kmethones predicti ipsarum villarum, in eorundem agrorum et arvorum cultura et possessione, per prefatum Tenutarium nostrum Bandzinensem,

ac kmethones nostros de Cieszkowicze impediri non debent de cetero. Item, quod de dicto monte Luschowska Gora, in quo hactenus plumbi fodine habentur, eo respectu et recompensacione, quod antea, de silva in eodem monte existente duo grossi pro nobis sive Tenutario nostro in Bandzin, et tercius grossus pro Epo seu factore suo Slawkoviensi, dabantur pro lignis ibidem venditis, eciam Olbora plumbi illic provenientis ex fossatis inceptis et antiquis, ex nunc et in posterum pro nobis et ipso Domino Epo, sive mensa sua, per medium debet provenire, dari et dividi; neque amodo fossate nove sub eodem monte et in agris sive areis dictorum kmethonum Epalium in preiudicium ipsorum debeant fodi et erigi, et casu quo erigantur et fodiantur per quempiam, extunc Olbora plumbi sive alterius cuiuscunque metalli ex eisdem proveniens ipsi domino Epo integre debet dari, cedi et provenire. Item, quod in silvis inter dictas villas et hereditates consistentibus nondum limitatis et granicicbus indivisis, kmethones incole utriusque ville, nostri videlicet et Episcopalis, pro eorum foco et edificiis ligna et robora libere debent, absque alterius partis quovis impedimento scindere; laboratores vero moncium, pro exustione eorum plumbi alias Roszki, in eisdem silvis ligna scindere volentes, solvant eadem secundum consuetudinem aliorum moncium. Pecunie autem exinde provenientes, nobis et dicto Domino Epo, sive factoribus nostris utrisque, per medium proveniet et dabuntur. Olboram quoque plumbi ex eisdem montibus a tempore dicte mote controversie retentam, et ad fideles manus certorum depositam, pro nobis et fisco nostro cedentem, eidem Dno Epo, de gracia nostra speciali pro hac vice duntaxat damus et donamus per presentes. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Actum in Conviccione Piotrcoviensi generali, feria quinta ipso festo Sti Joannis Baptiste. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Presentibus Reverendissimo et Reverendis in Chro patribus Dominis Jacobo Archiepo Gnesnensi et primate, Sbigneo Wladislaviensi, Andrea Warmiensi Ecclarum Epis, et Eclie premisliensis, sedevacante Administratore perpetuo, et Uriele de Gorka Ecclie Poznaniensis electo: nec non magnificis et Generosis Jacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Mathia de Bnin Poznaniensi et terrarum maioris Polonie Capitaneo generali, Joanne amor de Tharnow Sandomiriensi, Nicolao de Brudzewo Siradiensi, Nicolao de Cethno Lanciciensi, Andrea de Krethkow Junicwladislaviensi, Spitkone de Jaroslaw Russie, et Joanne Odrowansch de Sprowa Podolie palatinis. - Joanne de Ostrorog Poznaniensi, Bartholomeo de Gvanowycze Calissiensi, Dobeslao de Curozwanki Rosperiensi Castellanis, et aliis quam pluribus testibus circa premissa. - Datum per manus venerabilis Stanislai de Curozwanki, Gnesnensis, Cracoviensis, et Wladislaviensis Ecclarum Canonici, Cantorisque Sandomiriensis et Regni nostri Vicecancellarii sincere nobis dilecti. Stanislaus Vicecancellarius subscripsit. Relacio eiusdem venerabilis Stanislai de Curozwanki, Regni Polonie Vicecancellarii. -

(Lib. T. priv. Cap. Crac. fol. verso 48.)

Granice Liplassa y Bielczyc sypane per Magnificum Sbigneum de Tęczyn succamerarium Cracoviensem anno 1481, ktore granice dzielą pola Liplassa i Bielczyc od Golowa y Grzybowey.

Acta sunt haec, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, feria tertia post festum sanctae Helisabeth. Granicies factae sunt vigore regiae Maiestatis ex officio magnifici domini Sbignei de Tęczyn succamerarij terrae Cracoviensis generalis, ex amicabili et favorabili unione, et consensu unanimi partium, videlicet venerabilis domini Iacobi praepositi monasterii Corporis Christi cum suo conventu de Casimiria actorum inter haereditates ipsorum Bielczyce et Liplass parte ab una, et inter nobilem Stanislaum haeredem de Golow dictum Wielopolski et Grzybowa parte ab altera. Quarum granicierum ex principio initium factum est, ex consensu ambarum partium, quae sunt factae et limitatae, incipiendo a fluvio dicto Lipnica, in pratis dictis Bobowiska: ibidem ereximus unum scopulum acialem, alias Węgielnik, circa quem scopulum ex officio nostro et mandato ministerialis Nicolaus dictus Łyssij missus a Przylsko Rinihardo proclamavit primo, secundo, tertio, et quarto iuxta iuris ordinem, si quis ad praedictas granicies aliquid contradicere deberet, seu revocaverit, et nemo contradicit. Ab eadem scopulo sippavimus scopulos sursum transeundo, qui scopuli sunt sippati per nemora, alias chrostij ordinarie, usque ad stagnum lutosum quod dicitur Rudniki. Ab eodem scopulo sippavimus supra usque ad viam, quae via dicitur Poddrielina, ab eadem via sippati sunt scopuli per loca, quae dicuntur Kopaniny

./.

./. ab eodem loco sippati sunt scopuli usque ad scopulum angularem, alias Węgielnik circa parietem Stawkowicze. Circa quem scopulum angularem, similiter ministerialis ibidem proclamavit, ut supra, et nullus se ad contra. dicendum revocavit. Et partes praedictae posuerunt super hoc memoriale praesentibus his nobilibus, videlicet nobili et Generoso domino Stanislao haerede de Modrzejowice et nobili domino Petro Prafranice de Preskowa Skała, et nobili Stanislao de Szarszkowice, et Joanne de ibidem. et nobili Petro Wronilhowice et nobili Nicolao de Konarij et aliis pluribus fidedignis. Datum ut supra. Ex actis succamerarialibus terrae Cracoviensis. Joannes Ruszniowski notarius succamerarialis terrae Cracoviensis mp. LS.

LK Uriel Episcopus posnaniensis, Stanislaum quondam praepositum Ecclesiae S. Georgii extra muros Varsavienses ecclesiae Blonensi praeficit.

1482. Uriel dei gracia Episcopus Poznaniensis discretis viris vica-
5/III rijs seu fratribus Ecclesia Conventualis in Blonye nostre
BWK diocesis et alijs quicunque presentibus fuerint requisiti
Salutem in domino Quia ad preposituram Ecclesie pre-
dicte in Blonye vacantem per morten et obitum olim
Mathie eiusdem ultimi et immediati rectoris et posses-
soris / Crida per Venerabilem fratrem nostrum dominum
Nicolaum de Mnyschewo decanum plocensem Archidiaco-
numque Warschoviensem in Ecclesia nostra Poznaniensi ac
Officialem nostrum Warschoviensem, in vim citacionis con-
tra omnes et singulos sua communiter vel divisim in-
teresse putantes in forma Juris decreta, et nemine coram
eo in termino ipsius Cride comparente neque contradicente
prout hec in literis Significatorialibus ipsius domini Ni-
colai de Mnyschewo Officialis nostri Warschoviensis coram
nobis exhibitis plenius vidimus continerj, honorabilem et
devotum fratrem Stanislaum condam prepositum Eccle-
sie et domus Sancti Georgij extra muros Warschovienses
in persona Circumspecti magistri Nicolai de Grodzecz
Causarum Consistorij nostri Warschoviensis ac ipsius Stani-
slai legittimi procuratoris de cuius procuracionis o-
nere et mandato nobis per Instrumentum publicum
manu et signo legalis magistri Andree Nicolaj de Or-
low Clerici Gnesnensis diocesis publici Imperialj aucto-
ritate Notarij scriptum et consignatum facta est
plena fides ad presentacionem Venerandi patris domini
Raphaelis divina paciencia Abbatis et tocius Conventus
in Czyrwyensko dicte preposituro verorum patronorum, per
manus nostre capiti suo imposicionem instituimus et

investivimus

et investivimus ac ~~instituimus~~ investimus Curam animarum et admi-
nistracionem Spiritualium et temporalium sibi in eadem com-
mittentes et committimus per presentes. Quocirca vobis in vir-
tute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena
mandamus quatenus dum et postquam per prefatum Sta-
nislaum vigore presencium fueritis requisiti, ipsum in
et ad realem actualem et corporalem dicte prepositure
in Blonye, ac omnium Jurium et pertinenciarum eiusdem
possessionem inducatis, facientes sibi de omnibus et
singulis fructibus redditibus et proventibus quomodolibet
ad dictam preposituram pertinentibus et spectantibus
totaliter et integre per eos ad quos pertinet responderi.
Quodque omnes et singuli dicte Ecclesie in Blonye par-
rochiani sibi in omnibus licitis et honestis pareant
intendant et obediant tamquam eorum vero et legittimo
pastorj Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est
subappensum testimonio literarum. Datum in Buk in Cu-
ria nostra die Martis quinta mensis Marcij Anno do-
mini Millesimo quadringentesimo octoagesimo (sic) se-
cundo. Ambrosius Notarius ~~sub~~scripsit.

---

Ex originali in ~~charta pergamena scripto. Sigillum deest.~~ Musaei Ord. ~~Bibl.~~ Zamoys. - Od pieczęci było wcięcie pergam.

Zkollacyonowałem sam

1485.
17 stycznia.

Włodek, książę oświęcimski i zatorski, oświadcza ~~ponawia potwierdzenie~~ wydaje ~~umowy między~~ iż Mikołajowi ~~a Janem~~ Myszkowskiemi z Przeciszowa wydał ~~z~~ Podolsze. Z oryginału.

-146-

My Wlodek, z Buoze Milosti Knieze Oswietymske a Zathorske etc., wyznawamy tymto listem obecznie przede wssemy, ktoż gy ~~uzye~~ uzrzi aneb ~~cztucze~~ cztucze slisseti budu, jakuoż mezi Slowutnymi Panossemi Mykolassem a Janem, bratri wlastnymi, Mysskowskymi z Przetyczowa, stala gse nyktera ~~smlubba~~ smluwa a ffrymark y wzdanie tym obyczegem, yakuoz teho list nass Mykolassowi Mysskowskemu podnassu peczeti, ktere gsmy naten czas obecznie pożywali, wydali gsmy, ~~tiez~~ mez ze naten czas pysarze gsmy negmyeli y kazali gsmy ~~swirc~~ swrchupsanemu Mykolassowi Mysskowskemu list na takowu ~~smlu~~ smluwu y wzdanie samemu napsati, a ten gsmy nassu prwneyssi peczeti zapeczetali. Protuoz ponewadz gyz ~~gyna~~ gyna peczet gmamy, yako kolisteho nenie potrzebie, neb y pod onu nassu prwnessi peczeti mnoho listow take gynym nassym zemanom wydali gsmy, a wssakoz nedlo nechtiecz, aby swirchupsani Mykolass w takowey ~~smlubbie~~ smluwie y wzdanie, ktery z ~~nasten~~ ~~tak~~ zmatek

/.

bud yak bud gmyel, anebo ~~pre~~ pro swe psanie, kterak

pod ~~tzee~~ tiren byl, list ten gysti, ktery swrchupsani Myko-

lass nassym roskazanym napsal, ktery gsmy nassu

prwneyssi peczeti zapeczotowali, w wssech kussoch

malich y welikych spolecznie y w kazdem zwlasscze

wiecznie a Dyedycznie potwrdyli gsmy i a lista tohoto

mocz potwrdzugemi nynie y na wieky prostie, yako

by w ten list slowo od slowa napsan byl, Take ya-

koz ten gisti list wyznawa, że gsmy my Knieze na-

przed psane swrchupsanemu Mykolassowi wiecznost

a Dyedyczstwie na ~~listem~~ zbuoze a wsy Podolsse uplnie

Podczela na wssem zbuozi prodali, ktomu gse take

ku wssemu tymto listem znamy a takowu wie-

cznost y Dyedyczstwie gemu y geho erbuom y po-

tomkom ~~My~~ my Knieze naprzedpsanie s nassymi erby

a potomky lista tohoto moczi wiecznie a Dyedy-

cznie wywarowati, wyswobodyti y ge od kazdeho

czlowieka zastupiti, kolikracz toho potrzebne bu-

de gmamy powynny gsmy a lista tohoto moczi

slibugemy. Tomu na swiedomie dali gsmy peczet

nassu ktomu listu zawiessiti. Genz Dan a psan

/.

w Zathorze w Pandyeli przed swatu Przissku le-
ta Pana rozenia syna Buozeho Tyssicza cztirzi-
sta Osmdessat y piet, a prziftom gsu bily Slowutni
Stanislaw Rudsky, Jan Lankawsky, Jan Sle-
zak z Laskowe, Dlugomyl a Michal z Radacze,
Mathias, Pysarz zemsky, kteri ten list w poruczen-
stwi gmyel. +

~~Pierwopis pergaminowy obejmują-~~
~~cy 26 wierszy i zaopatrzony jest~~
~~pieczęcią w czerwonym wosku wy-~~
~~tłoczoną zawieszoną na białym ni-~~
~~cianym sznurku.~~

~~Dyplom~~ ~~Dokument~~ Oryginał pergaminowy z pieczęcią w czerwonym wosku na sznurku z ~~ze~~ białych nici, z wyobrażeniem orła, umieszczonego w prawdziwej tarczy, ~~napis~~ z napisem na około wszędzie naokoło orła utwórnej ~~tew~~ ~~napis~~ dało, ~~nie~~ ~~d~~ ~~ze~~ ~~i~~ dzisiaj niezatarty S. Ladislai... (niem.)

1485 [28. II. Cracoviae.]

148

str. 422

Thomas Chmiel civis Cracoviensis bona sua haereditaria montis sulfurei in Swoszowice cum parte montis eiusdem, post Annam filiastrem suam, iure sibi debita, totaliter vendidit Adamo Srotlijs Civi Cracoviensi pro 1200 florenis hungaricalibus auri puri.

Nos Nicolaus Strasz de Bialaczowo iudex et Martinus de Vonarij subiudex terrae Cracoviensis generales. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo coram nobis et certis camerariis nostris in iudicio praesidentibus, veniens personaliter famosus Thomas dictus Chmiel civis de Cracovia, sanus mente et corpore existens, non campulsus, nec coactus, sed de ipsius libera voluntate, fretus salubri consilio amicorum suorum recognovit. Quia totas ipsius tres partes montis sulfurei in Swoszowice, cum omni iure et toto dominio, utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, incolis, areis, domibus, agris campis, pratis, pascuis, censibus, laboribus, sylvis, gaius, rubetis, indaginibus, sareptis, piscinis, piscariis, fluminibus, fluviis, hortis, hortulanis, tabernis et universis ac singulis pertinentiis, attinentiis, cohaerentiis, quibuscunque dicantur nominibus, ad dictum montem sulfureum quomodolibet spectantibus prout solus tenuit, habuit et possedit, nihil iuris proprietatis et dominii pro se aut suis successoribus

reservando, nec aliquid penitus excludendo. Et eum parte montis eiusdem, quae iure proximitatis post Annam filiastrem suam, quando morietur, sibi cedere debet, famoso dom. Adamo Troltys civi de Cracovia pro mille ducentis florenis hungaricalibus auri puri, veri, et iusti ponderis, in solum perpetualiter vendidit, et indican, do iudicialiter resignavit: Et coram iure realem sibi intromissionem dedit. Per praefatum Adam Troltys dicta bona haereditaria tenendum, habendum, vendendum, commutandum, alienandum, donandum, utifruendum, et prout sibi et ipsius successoribus melius, utilius, efficacius videbitur expedire convertereque. Promittens praefatus Thomas Chmiel praefatum Adam recedens a suo iure theutonico, occasione praemissorum ab omnibus impedimentis et damnis quarumlibet personarum sans utrinsque, prout ad quamlibet personam spectat et pertinet proscriptio, sub damno iuxta iuris formam et terrestrem consuetudinem intercedere, eliberare et tueri. Et quodcumque damnum aut impedimentum occasione praemissorum ipse Adam perceperit, hoc in ipsum Thomam redundabit et pro his omnibus citatus hic in castro Cracoviensi aut terrestri iure parere et respondere tenebitur. Nullo modo terminum vera vel simplici infirmitatibus differendo, nec se ad ius theutonicum excipiendo. Non evadentem* ipsum literis regalibus, proscriptione terrestri, districtu, colloquio, expeditione bellica, communi lando, nec quovis modo exquisito, sub amissione suae causa, et quidquid in auxilium acceperit, illo causam suam amittente, debebit. Et datur

–/.

Sitko ministerialis de iure ad intromittendum. Qui veniens coram iure personaliter recognovit, quod in eadem bona haereditaria montis sulfurei in Swoszowice existentia - realem et effectualem sibi Adam dedit intromissionem. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Actum Cracoviae feria secunda proxima post dominicam reminiscere. Anno nativitatis domini MCCCCLXXX° quinto. Praesentibus ibidem Nobilibus Andrea de Stradomia, Nicolao de Swinki, Matthia de Modlnica, Joanne de ibidem, Stanislao de Lupik, Joanne de Radwanowice haeredibus, et aliis quam pluribus fidedignis. Locus sigillorum.

1487 [1.VIII, Cracoviae.] 150

str. 58

[1487, 1.XII, Cracoviae]

Conventus Curosvacensis dependet perpetuo a conventu generali Cracoviensi.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ioannes de Rzeszow Dei et apostolicae sedis gratiâ episcopus Cracoviensis. Cum inter mortalium actiones et opera nihil tam salubre, stabile, efficax et solidum censetur, quam ea meditanda frequenter intendere, per quae laus divina aucto religiosarum personarum numero in ecclesiis augeatur, et vocati in sortem Domini nostri Iesu Christi victuś et alimonia provenientur. Proinde significamus praesenti tenore quibus expedit universis tam praesentibus, quam futuris praesentium notitiam habituris, quomodo eâ consideratione allectus zeloque piae devotionis inflammatus magnificus dominus Petrus de Kurozwyęki haeres, regnique Poloniae thesaurarius, velut patronus et collator ecclesiae parochialis in dicto oppido Kurozwiaki nostrae dioecesis suis desiderijs cum intenta sollicitudine tanquam devotus divini cultus amator, qualiter religio christiana salutaria suscipiat incrementa. Et ut veri Dei filius, cum debita veneratione sui nominis in dicta ecclesia parochiali in Kurozwaki dudum constructa, et quae hactenus per presbiterum saecularem regebatur, cujus ab antiquo progenitores ipsius domini Petri thesaurarij, patroni et collatores, nec non ipse dominus Petrus thesaurarius patronus et collator; ac nuper seu ultimo honorabilis olim Moyses rector et plebanus ecclesiae ejusdem extiterat, cujusque per mortem et obitum ipsius Moysi dictae ecclesiae ultimi et immediati rectoris et plebani accedit vaccatio, commodius coleretur satagendo.

./.

./. Quapropter respectum ad devotos viros monasticae et religiosae professionis, ordinis s. Augustini canonicorum regularium, in monasterio corporis Christi in Kasimiria degentium et commorantium habendo et dirigendo de ecclesia eadem parochiali in dicto oppido Kworowaki, sic ut praefertur, per obitum dicti olim Moysis ejusdem ecclesiae plebani vacantem ecclesiam regularem sive monasterium pro fratribus religiosis ordinis ejusdem s. Augustini canonicorum regularium erigi, creari, et fundari, nec non fructus, proventus, et reditus, ad ipsam ecclesiam parochialem antiquitus spectantes et pertinentes aliasque omnes et singulas possessiones obventiones, et bona in literis fundationis dictae eccle-siae regularis, sive monasterij praefati domini Petri thesaurarij fundationis et dotationis, contentas et desi-gnatas infrascriptas incorporari, et inviscerari, ac etiam praebendam in ipso castro Kworowanki sitam et fundatam quam in praesentiarum honorabilis Jaco-bus ejusdem praebendae praebendarius et possesor obti-net, dum et postquam per cessum et decessum ipsius Jacobi eam vaccare contingat, cum omnibusque etiam ejusdem praebendae emolumentis, usibus, posse-ssionibus, et bonis ad eam quomodolibet pertinenti-bus, ipsi ecclesiae regulari sive monasterio de ecclesia parochiali antedicta taliter erigendo et fundando pro praeposito et conventu fratrum ordinis supradicti in ipso monasterio pro tempere ponentibus et existen-tibus univi et annecti voluit et decrevit, titulos ipsorum ecclesiae parochialis et praebendae extinguen-do, sub oneribus tamen et modis per ipsos praepo-situm et conventum fratrum in ipso monasterio

./.

./. pro tempore commorando existentes, in dictis literis fun=
dationis et dotationis infrascriptis specificat explendis
et perficiendis, qualemus idem praepositus et fratres vi.
tam monasticam sub obedientia regulari domino fa.
mulando, commodius ducere et sustentari, juxtaque
dicti ordinis ipsorum regularium instituta in mo=
nasterio eodem debitum Altissimo reddere famulatum
de jure vero patronatus praesentandi ipsius ecclesiae pa.
rochialis in Kurozwaki, quod sibi ad eandem eccle.
siam competebat, seu competere posset in futurum in
antea condescendens et hoc ipsum jus patronatus et
praesentandi in venerabilem et religiosos fratres, prae=
positum et conventum monasterij corporis Christi in
Kasimiria supradicti, ex nunc et in aevum transfundens,
nos debita cum instantia requirentes et postulantes,
ut de ipsa ecclesia parochiali regularem erigere et
creare praebendamque castrensem titulis ipsorum prae=
sentibusque extinctis cum omnibus et singulis earum
decimis, censibus possessionibus et universis obventio=
nibus ad eandem ecclesiam et praebendam, de jure vel
consuetudine quomodolibet pertinentibus praedicto mo=
nasterio in Kurozwaki fratrum ordinis s. Augustini
canonicorum regularium antedictorum, qui in ipso
monasterio pro tempore fuerint locati, unire, incor=
porare et inviscerare nec non praesentatum per dictos
dominum praepositum et conventum Corporis Christi in
Kasimiria ad ipsam ecclesiam regularem sive praepo=
situram in dicta Kurozwaki ut praemissum est erigen=
dam et fundandam instituere et investire ac confir=
mare. Jus vero parochiale curamque animarum, admi=
nistrationem spiritualium et temporalium ejusdem

./.

monasterij praefato praeposito praesentando, pro tempore exi-
stenti, et per nos instituendo imponere et annectere, nec
non ius patronatus et praesentandi ipsius monasterij in
dicta Varowaki praeposito ac fratribus conventus Corpo-
ris Christi in Casimiria antedictae, dum et quoties
ipsam praeposituram vacare contigerit, ascribere et
appropriare curaremus et dignaremur prout et quem
admodum latius in praefatis literis dicti domini Pe-
tri thesaurarij fundatoris super hoc datis et confectis
continetur et habetur. Quarum tenor sequitur in haec
[1487. 1. VIII.] verba: In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam, cum inter quorumlibet mortalium actiones
et opera, nihil tam salubre et stabile, tamque efficax
et solidum fuit, quam ad ea meditanda intendere,
per quae locus Divinae aucto personarum numero in
ecclesijs augeatur, cum vero tandem et Sacrosancta ma-
ter ecclesia ordinatione communi divinitus constitu-
ta sub legibus perceptionis ordinariae, sanctae, et ho-
norificae exolvere reddereque Altissimo consuevit,
sub quam tamen cum etiam regularitate singulari
a ss. patribus instituta, per plures religionum gradus
in quibus Deo dicati fratres spiritualesque personae divi-
nis officijs mancipatae in monasticae disciplinae et rigo-
ris regulari observantia Domino sedulo famulari, eo
liberius salvatoris Christi inhaerent laudibus, quo
curis ex istis saecularibus his vaccent duntaxat, quae
divinam prospiciunt Majestatem, in quibusque per
virtutum merita et studia ad aeterni Patris solium
perveniatur feciliter; haec eadem s. mater ecclesia di-
vinare, laudem magnificare, in eaque et filijs ad
perpetua divinae laudis servantia per religionis vin-

./.

./. cula astricte tanquam in odore suavitatis specialius delectari solet. Exinde nos Petrus de Kurozwaki regni Poloniæ thesaurarius significamus tenore præsentium quibus expedit universis præsentibus et futuris harum notitiam habituris, qui diem severissimi Dei judicis, quod unusquisque mortalium, ex hac caduca flexibili, que vita ingressurus est Dei omnipotentis gratiam et judicij illique sententiam subiturus reddit̄urusque vi- tæ et operum, ac omnium quæ in præsenti messe vitæ communi messus fuerit, strictissimam rationem profundissima mentis acie revolventes. Summo tandem et flammantissimo desiderio cupiendi diem ipsam et judicium Pijssimi Salvatoris nostri, apud cujus cle- mentiam orationem assiduam multum valere indubie credimus, per laudis divinæ amplificationem, oratio- nemque assiduam pervenire, propter audiendum di- vinum cultum, et in primis ad honorem omnipotentis Dei, Gloriosissimæque virginis Mariæ, a qua amplitu- do totius salutis et gratiæ emanavit, in et de plebana- ta parochialique ecclesia iuris patronatus et collatio- nis meæ tituli assumptionis ejusdem virginis Ma- riæ in Kurowaki hactenus per mortem honorabilis olim Moysis de Brzeźnica ejusdem plebanatus et ecclesiæ possessoris ultimi vaccantes fratres octo, vel quodquot contentari poterunt, seu conventum ordinis venerandi canonicorum regularium S. Augustini observantia et con- suetudine fratrum monasterij Corporis Christi de Kasimi- ria fundationis statuendum ducimus fundamusque et statuimus tenore præsentium mediante in perpetu- um, et stipendio non per errorem, sed de mera certa maturaque deliberatione nostra inprimisque fundi

./.

./. antiquos plebanatus et ecclesiae praedictae omnes et singu-
los infrascriptos census, reditus, decimas, proventus, domus,
areas, hortos, pomaria, obventiones, quaestus, offertoria, et
universas pertinentias ad s. ecclesiam ex antiquo pertinen-
tes et pertinentia, dando et donando duximus damusque
et donamus praesentibus irrevocabiliter in aevum videli-
cet omnes agros ad advocatiam oppidi Kurozwaki ex
antiquo pertinentes per nos pro conditione ecclesiae
meliori pro agris plebanalibus talis sortibus commu-
tatis et ipsi ecclesiae ante hoc donatis, ita late et
longe prout advocati eosdem tenere colere et ipsis
uti consueverat. Item aream in villa Niemscyce quod
nunc laboriosus Gotardus emetho de Niemscyce
colit et arat, ita late et longe, prout in antiquo eccle-
siae privilegio continetur. Item prata omnia enim
ad praedictam advocatiam ex antiquo spectantia
jacentia in haereditate oppidi Kurozwaki, cum omni-
bus et singulis pratis ad ecclesiam et olim plebanatum
praedictum ex antiquo spectantibus ubicumque ser-
vat, excepto prato in Jablonica pro quo in recom-
pensum prata advocatiae praedicta dedimus, et sic
enim in futurum, quem admodum praedictos cam-
pos pro campis plebanalibus recompensatos atque
datos per posteritatem nostram intelligi volumus.
Tandem totam aream plebanalem, sic late et lon-
ge prout per ipsum olim Moysen ac praedecesso-
res suos tenta est ad ecclesiam situatam, in qua
domus plebanales, hortus, aladiinus, horeum, poma-
rium, piscatorium, et alia opera ad usum olim
plebanalem aedificata, parata et laborata sunt,
cum eisdem domibus omnibus, olim plebanalibus
./.

./. horto et pomario, sub domo plebanali et cum horeo, et
allodio, circa domus plebanales, ac enim cum piscatorio, pro-
pe fluvium Czarna in horto ipso, sub pomario jacenti, nec
non duas domus vicariales, quas presbiteri olim ple-
banorum vicarij pro tempore existentes inhabitare soli-
ti erant, cum tota earum area, prout ad latum et
longum ex antiquo praetensa est, quam quidem aream
cum domibus praedictis duabus vicarialibus, areae prae-
dictae plebanali in qua domus conventualis canonicorum
praedictorum regularium situanda est, annectimus et
incorporavimus, annectimusque et incorporamus prae-
sentibus. Item decimam manipularem, post omnes et
singulas agriculturas oppidi Kurozwaki. Item deci-
mam similiter manipularem, enim post omnes agros
et agriculturas villae Czarnica. Item decimam ma-
nipularem similiter post omnes agros et agricultu-
ras villae Ponik. Item decimam manipularem post
tres laneos in villa Niemyce kmethonales, qui enim
antea erant praediales dictorum nobilium villam ipsam
tunc possidentium, qui enim decimam debebant red-
debantque ipsi ecclesiae. Magnifico tamen olim domino
Marcino de Rytwiany palatino Lanciciensi villam eam
emente kmethones in eisdem tribus laneis sunt colloca-
ti de quibus redditur ipsa decima. Item decimam ma-
nipularem de praedijs militaribus in Grzybow de
Gorzachow ex antiquo ipsi ecclesiae dari solitam. Item
in oppido Kurowaki tres domus cum areis, pratis hor-
tis et pertinentijs alijs, quorum duae prope ecclesiam
in acie plateae, eundo ad circuitum ad dextram partem
una Południowski, altera Jemiowski dictae. Tertia
vero in platea Sandomiriensi eundo ad partem
./.

dicta Kolanowska, sitae sunt, de quibus omnibus census ecclesiae ex antiqua fundatione et consuetudine solvitur. Item molendinum in villa Czernica aquaticum ex antiquo ad ecclesiam pertinentes in gurgite Czernica situm, ubi piscina est infrascripta per nos ecclesiae et conventui praedicto ut infrascripsimus noviter data cum omni dominio, usufructu, et emolumentis molendini ejusdem. Item tabernas unam in villa Korytnica penes stratam magnam ad dextram partem eundo in Pangowiec aliam in villa Podgrodzie sub castro sitam, ex opposito Hoskowski advocati jacentem, et tertiam in villa Grybów super qua est privilegium Magnifici olim domini Dobeslai de Kurozwaki castellani Cracoviensis, de quibus ecclesiae solvitur census. Item piscinam ex opposito fluvii Czarna in haereditate Curoziwaki, post magnum pontem in dextera parte viae, eundo Sandomiriam jacentem. Novae autem donationes primo in villa Czernica, piscinam ad quam praedictum molendinum olim plebanale situm est. Item quatuor marcas de theloneo nostro haereditario in Curowaski, per exactorem seu factorem thelonei pro tempore existente, pro quolibet festo s. Jacobi apostoli singulis annis sub censuris ecclesiasticis, usque ad intendicti sententiam, per ipsos canonicos regulares authoritate ordinaria ferendis, solvendas, quibus censuris ecclesiasticis exactorem ipsum pro tempore existentem subjicimus, subdimus et supponimus toties quoties in solutione negligens fiet, per conventum seu praepositum, canonicorum praedictorum regularium, authoritate praedicta et processibus ordinarijs excommunicandum. Et nonnisi satisfactione

./.

./. impensa absolvendum. Quem censum quatuor marca-
rum praedictarum cum piscina, pro et alijs commodi-
tatibus et utilitatibus conventui et ecclesiae praedictae
per nos praesentibus noviter donatum a nobis, et
omnibus nostris successoribus alienamus easdem eccle-
siae praedictae annectendo et incorporando irrevocabili-
ter et perpetuo. Ut autem fratres et canonici regulares
praedicti, eo liberius tam suis solitis, quam e infra,
scriptis divinis vacare possent, quo melius per nos
provisi contentatique essent ecclesiae praedictae et con-
ventui taliter erigendo praebendam casbensem, quam
honorabilis dominus Jacobus cappellanus noster
ejusdem possessor modernus in Cwrowanki resigna-
tus est ad votum nostrum habentem in fundo suo de-
cimam manipularem in villa Brzeziny regia ad Szy-
dlow pertinentem, et hortum horto plebanali contiguum
cum domo et area domus ejusdem, omnesque alios
redditus praebendae ejusdem ad eam juxta antiqua
privilegia spectantes, per ipsos fratres, canonicosque
regulares conventus praedicti sicut praemisimus de novo
erigendi pro tempore existentes, tam decimas, consu-
tabernias, quam agros, domus, areas, hortos piscato-
rium, piscinas, prata, pomaria, loca, utilitates et res
singulas suprascriptas, nec non offertorium et questus
ecclesiae, omniaque alia et singula bona mobilia et
immobilia ad ecclesiam praedictam et ejus rectores
praeteritos ex antiquo, ac de jure et consuetudine
vel de privilegio, et praedicta alia ex praesenti nova
donatione, ordinationeque nostra pertinentia et spe-
ctantia. Cum omni jure, dominio et proprietate, prout
./.

/. ex antiquo per olim rectores ecclesiæ et præbendæ prædictæ. Census vero et piscina cum alijs utilitatibus et commodis noviter donatis per nos solita erant teneri et haberi ita late, longe, et circumferentialiter, prout ex antiquo consistunt, tenendum, habendum, possidendum et utifruendum pacifice et in perpetuum. Atque fratres canonicique regulares prædicti ad choros divinaque alia officia cantanda ex ordine obligantur. Propterea nos ratione fundationis huiusmodi, et præsertim donationis noviter factæ, volumus et statuimus, quod fratres canonicique ipsi prædicti regulares pro nostra, parentum, prædecessorum et successorum salute, et remedio animæ missas manuales, unam die dominico de Sanctissima Trinitate feriâ quintâ de Corpore Christi, et sabbatho de beata Virgine, annis singulis et quibuslibet septimanis, et unum anniversarium in qualibet revolutione anni viventibus nobis in remmissionem peccatorum cum missa pro peccatis. Post obitum autem nostrum, ob salutem nostram, et similiter prædecessorum, animarum, sub quolibet anniversario, vigilias et missam, requiem unam cantando, decantare tenere et explere. Ratione vero oneris quod olim præbendæ annexum erat in castro Tenzorwanki nostro, coram nobis successoribus, juste et legitimæ ad castrum succedentibus, dum tamen nos vel ipsi successores nostri in castro ipso personaliter fuimus, singulis diebus missam unam, in absentia vero nostra et successorum nostrorum, tres duntaxat qualibet septimana, per unum eorum presbiterum legere debeant et teneantur perpetuo. Quos quidem fratres conventumque, domus, bona et pertinentias singulas eorum ab omnibus violentis impressionibus et injurijs quarumlibet personarum

/.

./. vim illis inferre molientium tuebimur et defendemus ac ad defendendum nos successoresque nostros obligamus et astringimus. Et insuper damus eisdem licentiam omnimodam, robora et tubela pro aedificijs sepium, domorum ecclesiae et praedij eorum lignaque pro ignibus domesticis necessaria, de borris, sylvis et gajs nostris bonorum Cworwanki, sine tamen damno et praejudicio nostro, successorum nostrorum, ducendum et percipiendum, ad ipsorumque et non in aliorum necessitatem domesticam convertendi, sine nostra et successorum nostrorum conditione et renitentia, dum tamen robora educere voluerint, ex tunc nos successoresque nostros, pro assignatione loci et roborum avisare tenebuntur, ne per sectionem roborum insitibilatibus locis damnum aliquod inferatur - super quo inter eos, et nos, vel successores nostros controversia faciliter possit suboriri. Item damus etiam ipsis perpetualiter potestatem et licentiam, pecora, pecudes, armenta, jumenta et caetera animantia, etiam volatilia in praedio et domibus eorum, pro victu et usu communi domestico servandi et nutriendi, in pascuisque omnibus civilibus alias eis locis omnibus, quibus oppidani oppidum praedictum incolentes pascunt et utuntur pascendi. Citra tamen equireae et gregis notabilis tentionem, quibus praemittitur et alijs haereditarijs libertatibus et commodis nostris successorumque nostrorum facile praejudicare possent. Quae omnia et singula bona, tam antiquae donationis, quam praesentis nostrae fundationis additionisque novae ecclesiae libertati immunitatique subjicimus et homines ac incolas, domus, tabernas, praedium et molendinum praedictum inhabitantes

./.

/. inhabitorosque ab omni nostra successorumque nostrorum solutione omnia et privata. Necnon laboribus angarijs et quibusvis servilijs, et oneribus solitis et insolitis impositis et imponendis; citra tamen jurisdictionem juris in quo resident, cui illos subjectos esse volumus, eximimus, liberamus et absolvimus. Omne jus imperandi cum oneribus per eos nobis debitis ad ecclesiam prædictam et conventum prædictum taliter erigendum transferendum, prout transferimus præsentium tenore mediante perpetuis temporibus duraturum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Datum Cracoviæ feria quarta ipso die festi s. Petri ad vincula. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. Præsentibus venerabili et nobilibus dominis Joanne de Lassko cantore Tarnaviensi et canonico Gnesnensi ecclesiarum notario, Bartholomeo de Cholhera, Joanne de Burzenin, Joanne Syczkowski, Gregorio de Ostrów et Clemente de Rudniki armigeris, servitoribus nostris et alijs quam pluribus fide dignis ad præmissa testibus –

[1487, 1.XII.] Nos vero Joannes episcopus Cracoviensis memoratus præfati domini Petri de Curosvanki thesaurarij datoris et fundatoris monasterij antedicti tam salubrem et piam devotionem paterni affectus brachijs amplexari cupientes literis nostris viridæ in vim citationis præmitimus ad videndum et audiendum præmissa fieri et consumari contra omnes sua interesse putantes quos ipsum tangit negotium, vel tangere poterit quoslibet in futurum ad certum diem et terminum competentes rite præmissum quamvis Magnifico domino Nicolao de dicta Curozwanki castellano Siradiensi, ipsius domini Petri thesaurarij Germano, in ipsius

/.

./. citationis termino praemissa petita et postulata per certum suum procuratorem discretum Jacobum Rosmialowski plebanum in Msszczonow impedientis quasdam          sive exceptiones contra praemissa producens et offerens et post causas impedimenti hujusmodi licet aliquoties ad instantiam praefati domini Petri thesaurarij ad prosequendum eam eandem ad ulteriora procedendum in ea fuit citatus, tamen nec per se nec dictum suum procuratorem etiam ex superabundanti per dictum publicum in valvis dictae ecclesiae nostrae Cracoviensi et in domo habitationis suae vocatus comparuit et contumax pluries pronuntiatus est. In cujus contumacia, et aliorum citatorum sua interesse putantium similiter non comparentium, et nihil juris ex adverso allegantium, sive repugnantium, et causam prosequi minime curantium in peremptorialio die et termino competenti ad hoc statuto, prout petiti et requisiti fuimus de ipsa ecclesia parochiali in dicta Curozwanki ecclesiam regularem, sive monasterium sub regula ordinis S[ancti] Augustini canonicorum regularium monasterij Corporis Christi in Casimiria titulo juris parochialis et plebanatus punctis praesentibus exlinquentibus, erecimus creavimus et fundavimus, praebendamque canstrensem in eadem Curozwanki similiter titulo ipsius ad omnia extincto, dum per cessum, vel decessum discreti Jacobi eiusdem praebendae, possessoris antedicti vaccavit, cum omnibus et singulis decimis, censibus, fructibus et universis obventionibus ad easdem ecclesiam et praebendam de jure et consuetudine quomodo libet pertinentibus praedicto monasterio in Curozwanki, et ejus praeposito et conventui dicti ordinis s. Augustini canonicorum regularium, qui in ipso monasterio pro tempore fuerint,

./.

univimus incorporavimus et invisceravimus. Nec non ut praefati praepositus et fratres in monasterio eodem subsistere, et domino famulari liberius possint et valeant, eis pro eorum sustentatione victu et amictu decimam mensae nostrae in villa Wisniowa clavis Kielcensis de ratihabitatione et consensu venerabilium dominorum fratrum nostrorum, praelatorum et canonicorum capituli dictae ecclesiae nostrae Cracoviensis, nobiscum pro capitulo generali, post festum Sti Stanislai de anno immo proxime praeteritum congregatorum infrascriptorum, addidimus, donavimus et attribuimus, praesentatum vero per dominos Jacobum praepositum et conventum monasterij corporis Christi in Casimiria extra muros Cracovienses ordinis ejusdem videlicet honorabilem et religiosum fratrem Stanislaum ordinis ejusdem professum nobis vivae vocis oraculo praesentatum ad eorum praesentationem hujusmodi ad ipsam ecclesiam regularem sive praeposituram monasterij in dicta Curowanki ut praemissum est per nos taliter erectam et fundatam. Instituimus et confirmavimus jus autem parochiale curamque animarum et administrationem spiritualium et regimen spiritualium ejusdem monasterij in dicta Curosvanki, praefato praeposito per nos instituto et successoribus suis, pro tempore existentibus et instituentibus imposuimus et annexuimus. Nec non jus patronatus et praesentandi ipsius monasterij praedictae domus praeposito et conventui dicti monasterij corporis Christi in Casimiria antedictis pro tempore existentibus, dum et quoties ipsam ecclesiam regularem sive monasterium in eadem Curowanki vacare contigerit ascripsimus et appropriavimus prout erigimus, creamus, confirmamus, unimus, incorporamus, invisceramus

/

Proposuit nobilis Iohannes Ramyschowsky contra famosum Nicolaum Dolyabyensky de Dolyabyanka et Choderowska heredem iuxta suam cittacionem paratam, quia ipsum cittauerat pro decem marcis pecunie certi debiti, prout ipsa cittacio lacius obloquitur. Vbi ex aduerso pars cittata per suum procuratorem dixit: domine iudex, antequam ad proposicionem respondebo, inprimis peto penam decerni super actore, quia ipse hic in sua hac cittacione, qua ipsum cittauit pro decem marcis, scripsit eum famosum in preiudicium et detrimentum fame et nobilitatis eius, et ipse est de nobili genere procreatus, quod wlt probare iuxta statutum et iuris formam nihil obmittendo nunc in terminis presentibus. Iudicium auditis pro et contra dictis, decreuit, prefato Nicolao Dolyabyensky docere iuxta statutum, quod est de genere nobili procreatus, in hunc modum: ipse Nicolaus debet inducere sex nobiles viros, duos de sua stirpe et hij duo iurati dicent, quod sit eorum frater et de stirpe ac progenie et domo eorum paterna procreatus; de secunda et tercia genelogia iterum per duos testes producendo, ita ipsum et ipsos deus adiuuet et sancta Crux. Post quod quidem decretum ipse Nicolaus statuit sex testes iuxta decretum et statutum, offerendo se probaturum et decreto satisfacturum, hos videlicet nobiles: Iohannem Tarnowsky, Erasmum Burzynsky de armis Pobosze paternis, Lucam Szebyensky, Nicolaum Tarzwieczky de armis yelyeny rogy maternis, Stanislaum Wroblewsky, Iohannem Wroblewsky de armis Osmorod aviarum, qui indilate iuramento corporali docuerunt, ipsum Nicolaum et probauerunt iuxta statutum esse de genelogia ipsorum ac genere nobili procreatum, et desuper habundanti nobiles Iacobus Gladisch et Paulus Gladisch de armis Grifforum eum similiter affirmabant et affirmauerunt esse de genologia ipsorum et armis prefatis Grifforum aviarum. Post quam probacionem iudicium ipsum Nicolaum Dolyabyensky decreuit esse legittime nobilem occasione eidem Nicolao decreuit penam XV alias trium marcarum et iudicio totidem super prefato Iohanne Ramischowsky.



1526 [7.IX.]



Nos Consules Civitatis Cracovieñ tam presideñ q̃z Seniores
Recognoscimus publice per pñtes vniūsis et singulis pñtibus
et futuris :|: harum noticiā habituris Quia attendeñ magnū
hic in Ciuitate mendicanciū inordinacōm scandalaq̃z eorūdem
nō modica subsequi :|: vbi ebrietates ludi et alia nephanda
ab illis, qui quãvis Juuenes et beneualeñ sint, egrotos tamē
et defectuosos se fingeñ :|: dissolute viuebāt et sub specie
egrotorum aliorum elemosinā surripiebant probis et infirmis
in eo officiū, ad laudem omnipotent :|: dei, vtq̃z huiusmodi
nequicia peruersorum prohibeatur, medicique ut bono dirigantur
ordine, regimeq̃z obseruēt, aliorum more fraternitatū :|: obediencia
ut sit ad petita eciā quorūdam proborū hoīm eciā ipsorū
mēdicanciū, mature desuper cum senioribus nostris habito
cōsilio ipsis ad nostrum et posterum nostrorū Consulū Cracō
arbitriū et voluntatē pro fraternitate eorūdem stabilienda hanc
concessimus et pre=:|: pñtibus concedimus ordinacōm Juxta
nostrum et posterum nostrorū voluntatē desuper moderand
et concedend In primis pro :|: dirigenda fraternitate pfacta
sex e medio mēdicorū seniores semp eligi debent, viri ydonei
et probi qui fraternitate administrēt subtilius :|: tales nō admittāt.

ebriosos lusores, et qui ficto egrotos se fingunt, quiqz cum mulieribus nō mrimonialr se imiscent ac alios excessi- nos corrigāt iuxta excessum cuiuscunqz, Quod si aliqui rebelles sese ostendent, nec se senioribus prefactis correctioni submittere velint Circkermgro insinuare debent et iuxta excessum corrigi vel ex Ciuitate propelli pronūc iam defacto electi seniores trinitatis Jan Proßowskÿ Jan chmyel, Barthoss, Stanislaus Syarka, Niklos Rÿmarz, Stanislaus vojth, quorū vno per mortē absumpto alter in locum eius eligi debet Prouidere eciā debent seniores de honesto hospicio vbi Conuenticula pro bono trinitatis habere debent Officia Trinitatis procurāt excessiuos vagos discolos sit qui mulieribus nō mrimonialr cōmiscent, tabernatores lusores, iuxta excessum corrigendo, eis nō admittēdo elemosinā, de Carcere item condigno excessiuos corrigendi, idem seniores prouidere debēt Preterea ad trinitatē nō nisi pauperes egroti et nō discoli suscipi debēt, vnde et signa deferre tenebunt, que seniores prouidere debēt, nō habenī vō huiusmodi signa eis elemosina denegabit, pro augendaqz Trinitate, quiuis illorum in suscepcōn ad Carbonā Trinitatis vnū grossum dabit, a quibus seniores pecuniā exigere debēt Item eciā singulis

āni

anī quor temporibꝫ quiuis frm. :|: et sororum per sex denarios ad frnitatē solnet pro missis singulis quortemporibus ad laudē omnipotenss dey pro cōsolacon aniar :|: benefactrū et tocius congregaconis cristiane decantandis, Item ex Cazimiria et Clepars medici in Frnitatē hanc suscipi non :|: debent et ita nec elemosinā hic accipiat, Circa em̄ suas parochias victū queritabūt Ex hospitalibus item medici frnitatē :|: eorū carebūt et ita ista publica per Ciuitatē medicacio eis denegabitur sufficientr em̄ sunt in hospitalibus prouisi Illis tamē :|: de sub arce paupibus Frnitas admittitur vnde et signa sitr habebūt elemosinā medicaturi, tempore tamē passionis a feria qrta :|: magna in sabbatū inclusiue omibus et ex hospitalibus et aduenis elemosinā vndiqꝫ accipere sine alicuius contradicton licebit :|: Item exnūc et in antea nullus mendicorū infirmorū passim publice in plateis pontibus circū ecclias iacere audebit, vlcera cū :|: magno preterencū fastidio, ostendando, sitr mulieres cum pueris cum scandalo eciā nō paruo iacere nō admittant, satis em̄ vnus :|: quisqꝫ cui deuocio fuerit elemosinā tribuet, sine eciā eorum magno clamore, aut vlcerū ostentacon, sit in plateis clamores nō inci:|:tabunt Item Egrotus frnitatē hūs siue sit fr̄ siue soror, si nō haberet

aliquō

aliquē qui eum in eius egritudine provideret, Seniores ⁝ frni-
tatis aliquē ordinare debent ex cōmuni denario frnitatis qui
egrotū providebit, et criano more, ad mortē usq circa eū
agat ⁝ ubi moriens citissime sepeliri debet, de sepultura et
de loco ipsi providebūt. unde si quis penes conductū funeris
sive ⁝ fr̄ sive soror nō fuerit vel cui demādatū fuit mor-
tuū nō portaverit vel penes missam aut exequias defuncti
nō fuerit ⁝ pene medii talenti cere puniantur preterea Se-
niores animadvertere debent sub correctionē condigna, ut fr̄es
et sorores in ⁝ orōne domica articulis fidei, decem preceptorū
fuit eruditi, inscios corrigāt et edoceant Item mendici
aliunde huc veniē ⁝ tribus diebus pausari possint, Tan-
dem si idonei frnitatis fuerint suscipi debēt in Frnitate,
si nō, ex Civitate propelli ⁝ In testimoniū horum Se-
cretum Civitatis nostre pn̄tibus est subappensum Actū et datum
feria sexta vigilie Nativitatis ⁝ Marie Anno domini Millesimo
quingentesimo vigesimo sexto

(zapiska odmiennym jednak współczesnym charakterem)

Anno domini Millesimo Quingentesimo (sic) vigesimo sexto
Circiter festum Nativitatis beatissime virginis Marie, frater-
nitas Mendicorum felici auspicio est inchoata. Et fundata
fr̄e leone Converso ordinis predicatorum Conventus Sanctis-
sime Trinitatis pro tunc portulano existente primo instigatore
et procuratore (sic).

Na pargaminie – pisma pośredniczego między gotyką a łatyną – od pieczęci pozostał tylko pasek pargaminowy – w grzbiecie zapisano:

1670 Mercurij 18 Junij Crac. producta

et decretum ut in Actis Epatus Crac.

Znajduje się pod Nr ~~2~~. 1. w Vol. IV. Jur. et Priv. Arch. w Fasc. II. Miscelanea

~~Inscr. Crac. t. 61 str. 87.~~ 1.

1528, 15. II. 8066 A 179

Sigismundus dei gratia Rex Polonie, magnus dux Litthvanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Universis et singulis ecclesiasticis et secularibus consiliariis regni nostri ceterisque subditis nostris quibuscunque tam terrestribus quam civitatum et opidorum honoribus et officiis insignatis ad quorum noticiam presentes littere nostre provenerint et presertim in palatinatu Cracoviensi et districtibus eius consistentibus sincere nobis et fidelibus dilectis salutem et graciam regiam. Reverendissimi et reverendi in Christo patres necnon magnifici, Generosi, nobiles, famati et providi sincere nobis et fideles dilecti. Iam nulli incognitum est aucto in immensum perpetuo et anniversario hoste nostro Thartaro et Turcorum imperatore viribus et conatibus suis omnibus in nostrum et Ungarie regnum converso, quantum discrimen et periculum ipsi regno nostro immineat, cui nos opportune consulere volentes conventum nunc generalem Pyotrkoviensem institueramus, in quo pro servandis presidiis in terris Russie decrete sunt contribuciones infrascripte, quas tametsi omni uti sensu violenti constare potest sufficere non posse cum alias in minoribus necessitatibus et periculis regni maiores decernebantur, que nihilominus egre ad tuendos fines suppetebant, tamen cum ita visum est, nos ex eisdem contribucionibus defensionem uti maxime et quoad fieri poterit sarcire curabimus, neque aliquid officii nostri, quantum vires sufficient pretermittimus, quo res publica servari et defendi possit, id quod omnibus erit testatum, quominus accedente aliquo motu et discrimine, quod omen deus avertat, iure a quo quam culpari peterimus. Sunt autem hee ipse contribuciones.

1. Inprimis coloni seu kmethones tam villarum nostrarum regiarum quam omnium spiritualium et secularium subditorum nostrorum de singulo manso seu laneo possessionato sexdecim grossos, de medio laneo octo grossos, de quarta parte lanei quatuor grossos, et reliquum pro quantitate laneorum ad duas temporis rathas infrascriptas solvere debent secundum antiquas quittancias, sive ipsi in antiquis quittanciis descripti et contenti sint possessionati

sive
ita,
neg
qu
al
do
so.
2.
ca
so
ha
ve
3.
ben
co
pe
ita
sup
th
th
4.C
to
so
qu
pr
so
la
qu
la
vi
5
ex
h

sive deserti; hoc est duodecim grossos pro dominica Judica proxima ~~Item~~ ita, quod omnes solvant et contribuant incipiendo a dominica Judica usque ad dominicam secundam post festum Pasche proximam, que Misericordia domini vocatur sub pena dupli; que exigi debet ab omnibus negligentibus, aut solvere non curantibus, mox post dominicam predictam misericordia domini, quatuor vero grossos reliquos pro festo Sancti Bartholomei proximo solvent.

2. Item burgrabii terrestres et exactores, qui quodam abusu publicas contribuciones pro regni defensione decretas, de bonis suis non solvebant, contribuere debent de omnibus bonis suis, que habent modo et ordine suprascripto, quemadmodum alii solvent et contribuent.

3. Item advocati et sculteti colonos seu kmethones non habentes solvent de suis laneis per unum fertonem. Et similiter coloni seu kmethones ipsorum advocatorum de quolibet manso per sedecim grossos solvent secundum antiquas quitancias ita, ut kmethones aliorum dominorum ad rathas ipsorum suprascriptas sub pena dupli, ipsi vero advocati colonos seu kmethones habentes nihil solvent, sed eorum coloni seu kmethones.

4. Item tabernatores hereditarii sive sint dominorum sive advocatorum seu scultetorum, qui agros habent ab illis contribucionem solvent pro temporibus superius designatis secundum antiquas quittancias iuxta agrorum quantitatem hoc est de singulo laneo pro prima ratha predicta unum fertonem, de medio laneo sex grossos, de una quarta tres grossos, pro secunda vero ratha de singulo laneo agri quatuor grossos, de medio laneo duos grossos, de quarta parte lanei unum grossum et reliquum de quantitate laneorum. Exactionem vero ducillorum a singulis coctoris cervisie more consueto solvere nihil omnino erunt astricti.

5 Alii autem tabernatores manuales, qui propinant cervisiam ex civitatibus et oppidis regni nostri aductam per sex grossos hoc anno solvent, tres videlicet grossos pro prima ratha, et

alios tres pro secunda ratha, cum non coquunt ipsam cervisiam sed illam aliunde ad propinandum adducunt. Illi vero tabernatores manuales, qui propinant cervisiam a suis dominis sibi ad propinandum datam solvet quisque ~~illum~~ illorum hoc anno de taberna sua manuali unum fertonem, sex grossos videlicet pro prima ratha temporis et alios sex pro secunda ratha supradicta sub pena dupli.

6 Item pauperes nobiles colonos non habentes, de quolibet laneo culto solvent duodecim grossos, qui vero non habent laneos, sed predia, computatis euismodi eorum prediis in laneos solvent de quolibet laneo duodecim grossos et reliquum de quantitate laneorum (de medio laneo sex grossos, de quarta parte lanei tres grossos). Uti autem duo, tres aut quatuor pauperes nobiles unum laneum agri colunt, solvent omnes simul de huiusmodi uno laneo duodecim grossos, alias quisque illorum solvet secundum quantitatem agri et porcionis lanei medietatem videlicet pro prima et aliam medietatem pro secunda ratha temporis predicta, sub pena dupli.

7 Item ville vastate et exuste per hostes aut aliquo casu fortuito et a suis dominis libertatem habentes, quorum videlicet incole dominis suis nichil solvunt, si quidem hoc probaverint testimonio duorum hominum ex unaquaque villa medio corporali eorum iuramento, quod suis dominis nichil solvunt, liberi esse debent a solucione contribucionis in presenti conventu instituta, exactione cropowe excepta.

8. Item civitates et oppida tam nostra regia, quam subditorum nostrorum spiritualium et secularium in toto regno nostro exactionem civilem, quam schos vocant unam integram cum tercia eius parte iuxta antiquas quittancias solvent et contribuent, quequidem exactio civilis integra solvi debet per easdem civitates et oppida pro prima ratha supradicta, tercia vero pars eiusdem exactionis civilis contribuetur pro festo Sancti Bartholomei proxime futuro, sub pena dupli.

9. Item inquilini in civitatibus et villis existentes, qui neque exactionem civilem, neque de laneis solvunt, pro utraque ratha semel duntaxat per sex grossos solvent exceptis viduis, pauperibus et hortulanis ac familia artificum.

10. Item contribucio cervisie, vini, medonis, malmatici, muscatelli, czopove dicta in hisdem civitatibus et oppidis ac eciam tabernis villarum tam nostris, quam subditorum nostrorum spiritualium et secularium incipiendo a festo annunctiacionis beate marie proxime venturo ad integrum annum a singulis cervisie cottoribus more solito solvi debet ex quibuscunque braxeis fuerit eadem cervisia cocta, sive braxea ipsa sint civium et dominorum ex molendinis proveniencia et emensurata, sive domi facta.

11. Item eciam de cervisia externa, que de externis regionibus et ducatibus nobis et regno nostro non subiectis ad regnum nostrum ducitur, ut Swidniciensis, Teschnensis, Bernonensis et alia quacunque externa de tercio regno nostro non subiectis contribucio ipsa czopove solvatur, secundum antiquam consuetudinem.

12. Item molendina omnium villarum tam nostrarum, quam subditorum nostrorum spiritualium et secularium, que poserebne vocantur, manuales seu anniversarios molendinatores habencia ex singulis rothis sex grossos semel duntaxat hoc anno solvent.

13. Hereditarii vero molendinatores dictarum villarum et folusche ex singulis rotis molendinorum suorum, que valce dicuntur duodecim grossos persolvent ad rathas temporum suprascriptas, videlicet sex grossos pro prima et alios sex grossos pro secunda ratha.

14. Item molendina braxealia et hereditaria, aquatica et equestria in omnibus civitatibus et oppidis more veteri tapata et secundum antiquas quittancias contribucionem unam cum eius tercia parte, que schos dicitur, a qualibet marca taxe duos grossos persolvent pro dominica videlicet Iudica proxima integram contribucionem schos, terciam vero eius partem pro festo Sancti Bartholomei proximo sub pena dupli.

15. Et similiter illa molendina, quorum tercias mensuras

183

tenutarii bonorum nostrorum regiorum emerunt, et illas a se emptas seu in summis pecuniarum obligatas tenent, solvent contribucionem, que schos dicitur sicut reliqua omnia molendina in regno seu illorum molendinatores eam solvere solent, contraria consuetudine, que corruptela pocius dici debet, penitus non obstante.

16 Minerarie vero officine alias ferrum facientes et serre hereditarie ex singulis rothis duodecim grossos, annales autem officine minerarie, et similiter annales serre hoc est locate seu conductiue, a qualibet rotha sex grossos solvent.

17 Item molendina ventilia hereditaria duodecim grossos, illa vero molendina ventilia, que anniversarios molendinatores habent, sex grossos solvent ad rathas temporum supraditas, hoc est medietatem pro dominica Iudica proxima, et aliam medietatem pro festo Sancti Bartholomei proximo.

18 Item prothopopones alias namyestnyczy per duos florenos, sacerdotes vero rutheni, qui popones vocantur ex singulis ecclesiis et sinagogis per mediam sexagenam grossorum, medietatem videlicet pro prima et aliam medietatem pro secunda ratha predicta persolvent.

19. Item Valachi ex singulis laneis integris, si illos habent, et areis dworzisza dicuntur, duodecim grossos solvent, et qui agros non habent, a singulo centenario ovium similiter duodecim grossos persolvent, sex grossos pro prima et reliquos sex grossos pro secunda ratha superius expressa.

20. Ut autem supradicta ordinacio in exigendis eisdem contribucionibus facta debite execucioni demandetur Generosum Iohannem Pyenyazek de Cruzlowa iudicem Cracoviensem (ad eas colligendas in palatinatu Cracoviensi) et districtibus eius, exactorem designavimus, et constituimus presentibus litteris nostris mandamusque et in manus illius designato tempore easdem contribuciones persolvere curetis, vobis vero capitaneis, quorum interest mandamus, ut predictas contribuciones in presenti generali conventu decretas publicari et in foris civitatum et oppi-

dorum ac aliis locis publicis proclamari ac prefato exactori nostro pro tempore et termino superius expresso sub penis ad hoc constitutis absque cuiusvis more et dilacionis interventu, de hisdem contribucionibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis et vos ipsi respondeatis, negligentes vero in solvendo et contumaces modo infrascripto ad solvendum easdem contribuciones compellatis pro officio vestro et gracia nostra facturi.

21. Quicunque enim infra tempus superius expressum contribuciones ipsas non solverit et vobis aut alicui vestrum per exactorem nostrum delatus fuerit, vos id domino seu tenutario ac possessori bonorum, de quibus non sunt solute ipse contribuciones declaretis, admoneatisque illum, aut eius procuratorem seu officialem per vestras litteras, quos per ministerialem ad eum mittere aut in eius absencia in bonis illius de quibus non fuerint solute publice contribuciones poni illas facere debetis, ut easdem contribuciones alias penam dupli infra octo dies a die presentacionis et posicionis litterarum vestrarum computandos extradat seu extradi faciat.

Quod si id non fecerit, vos capitanei possessionem eorundem bonorum adeatis et accipiatis, in illaque vos auctoritate nostra intromittatis et teneatis ea tamdiu, donec pena dupli, hoc est principalis summa contribucionis debita et non soluta et tantundem racione pene exsolvatur.

22 Quod si quispiam dominus tenutarius et possessor vobis intromissionem in bona sua prohibuerit, seque vobis opposuerit, aut vos postea de possessione eorundem bonorum eiecerit talis citatus per vos ad ius castrense banniri et proscribi de regno debet, tanquam rebellis et publicis decretis se opponens.

23. Si vero exactor noster detulerit vobis aliquem tanquam negligentem in solvendis publicis contribucionibus et ille per vos monitus ostenderit quitanciam eiusdem exactoris, a pena dupli se illa tuendo exactor ipse solvere eandem penam dupli teneatur, quam vos capitanei ab eo omnino

exigatis et exigere curetis pro gracia nostra. Quodsi exactor ipse in capitaneatu vestro possessionatus, non fuerit illi capitaneo illum deferatis sub cuius capitaneatu bona et possessiones suas habuerit, qui ab illo penam dupli exigere teneatur.

24. Ut autem via calumniis precludatur volumus et mandamus ut exactor noster nomina eorum, qui contribuciones ipsas ad rathas temporum supradictas solvere neglexerint in scedula diligenter conscribat, in qua annotet diem, quam illam scripserit et ad capitaneum perferendam dederit, et illam nobis sigillo suo obsignatam et manu sua propria vel sui notarii subscriptam mittere teneatur.

25. Et quoniam magna vis monete Swidnicensis contra prohibicionem nostram in regnum et dominia nostra est invecta, presertim vero ad terras Maioris Polonie, Cuyavie, Masovie et alias terras illis vicinas adeo, quod pauca admodum bona moneta illic reperiatur providere volentes, ne quid negligencie committeretur in communi defensione de consilio et consensu universi senatus et nunciorum terrestrium permittimus, ut exactores earundem terrarum Maioris Polonie, Cuyavie, Mazovie et aliarum illis vicinarum pro prima ratha temporis predicta, publicas contribuciones in hoc generali conventu regni nostri decretas in moneta Swidniciensi, ab hominibus, qui bonam monetam non habuerint accipiant, computando quemlibet medium grossum Swidnicensem pro octo denarios minutos regni nostri ita, ut pro singulis duodecim grossis bone monete regni nostri iidem ipsi exactores tredecem cum medio grosso Swidnicensis monete, que dudum regno explosa et recipi prohibita est accipiant, eandemque Swidnicensem monetam pro prima duntaxat ratha, ut premissum est receptam ad officinam nostram monetariam et Magnificum de Schidloviecz castellanum Sandomiriensem et regni nostri thesaurarium transmittant, qui pro ea, bonam monetam numerabit, dando videlicet pro singulis tredecim cum medio grossis Swidnicensibus grossos duodecim bone

monete, alias pro singula marca et sex grossis monete Swidnicensis unam marcam bone monete, ut eadem bona moneta detur et distribuatur militibus mercenariis, qui ad presidia terrarum Russie scribi et suscipi in palatinatibus regni nostri debent.

26 Exactor autem predictus habebit mercedem seu salarium pro labore et expensis suis de publicis contribucionibus secundum constitucionem conventus Thorunensis — marcas pecuniarum, eaque mercede contentus esse debet, nec quicquam ultra illam de ipsis publicis contribucionibus recipere sibi audeat.

27 Idem exactor in conventu particulari, qui precedet generalem regni conventum futurum, faciet, facereque tenebitur racionem de pecuniis contribucionum per se perceptarum et expositarum coram palatino, castellanis, dignitariis et officialibus palatinatus sui, ac eciam nobilitate, facietque eandem oracionem distincte demonstrando singillatim, quantum ex contribucione laneorum, quantum ex civili exactione, que schos dicitur, quantum ex czopowe et quantum ex nobilibus pauperibus, qui colonos non habent, perceperit et distribuerit, ut sciri possit in futuro regni conventu, adquem racio et calculus omnium exactorum per palatinos terrarum aut aliquem ex castellanis referri et comportari debet, que summa pecuniarum ex unaquaque contribucionum predictarum colligatur. Datum in conventu generali Piotrkoviensi Sabbato proximo post festum Sancti Valentini anno domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno vigesimo secundo. Ad mandatum regie maiestatis proprium.

Liber inscr. Crac. t. 61 str 87.

1536. [11.II, Pilzno.]

Bernardus de Maczyeyowycze iudex et Joannes de Goluchow subiudex Terre Sandomiriensis generales, significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo allequebatur Generosus Stanislaus Domarath heres de Nowawyesszy et Petrzgowa tanquam Actor in et contra Generosum Nicolaum Strzezowskij in Strzezow heredem et tenutarium in Nowawyesszy et Petrzgowa, ipso Nicolao Strzezowsky coram iure personaliter comparente iuxta suam cartam literalem qua ipsum cittaverat ad tollendum et recipiendum ab ipso tanquam vero et legittimo herede bonorum prefatorum Nowawyesszy et Petrzgowa summas peccuniarum quas habet sibi seu antecessoribus ipsius inscriptas super prefatis bonis Nowawyesszy et Petrzgowa; Ideo ut staret et inscripciones eiusdem supra bona prefata servientes coram iudicio ostenderet, peccunias ipsius reciperet, sibique tanquam vero et legittimo heredi bonorum prefatorum de bonis prefatis iudicialiter condescenderet, et responderet, offerendo se eidem paratum fore peccunias dare iuxta continenciam inscripcionum desuper per eum habitarum eique concernentium, Quas in effectu coram iure reposuit, dummodo inscripciones predictas coram iudicio ostenderet, et ea faceret, que de iure facienda essent. Et incontinenti predictus Nicolaus Strzezowsky coram iudicio comparens, dixit et allegavit, se iam non esse possessorem bonorum predictorum, et quod eadem bona in actis terrestribus Byecensibus nobili Margarethe Ramulthowa proxime preteritis inscripsit, ac de eis condescendit, nolens quitquam super eandem allacionem (actacionem?) facere. Et hic idem(?) nobilis Lucas Magnifficy dominy pallatini Cracoviensis moderni ab ipsa Margaretha protestabatur; Quia ipsa Margaretha est possessor et tenutarius predictorum bonorum Petrzgowa et Nowawyesszy, que hic non est cittata. Et iudicium hoc attento, quia data cittacionis ipsius Stanislai Domarath continet in se datam in Pylzno feria sexta post festum trium regum proxima Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo sexto, et quod eciam ipse Lucas ab ipsa Margaretha nullam inscripcionem nec recognicionem ministerialis intromissionis date reproducit, neque pro importacione cittacionis cittavit, eciam hoc attento, ex quo ipse Nicolaus Strzezowskij noluit quamquam(?) presens cittatus nec respondere nec facere super attacionem actoris, decrevit, ut idem Stanislaus Domarath peccunyas iuxta continenciam inscripcionis ad acta cancellarie terrestris reponeret, prout in effectu summam Centum et ~~viginta~~ triginta et tres marcas cum grossis triginta duobus reposuit. Et iudicium hijs omnibus attentis, eidem Domarath possessionem predictorum

bonorum adiudicavit, et addidit sibi de iure Ministerialem terrestrem Martinum Peszdek de Podolye ad intromittendum ipsum in bona predicta. In deffectu autem intromissionis, remittet ipsum ad brachium regale castrense Nove civitatis Korczin pro exequcione premissorum fienda. Quas quidem pecunias ipse Nicolaus Strzezowsky vel ille, qui interesse ad eas habuerit, non aliter recipiet, donec prius sufficientem caucionem fideiussoriam super restituendo dotalicio, et alia omnia omnia (sic!) quecumque respectu reformacionem ipsorum decretorum facienda sunt, faciet. Actum et datum in Pyszno feria sexta ante festum Sancti Valentini proxima Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto, presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Joanne Gorsky de Dzombycza Alberto Szczepanowczky de Podgrodzye Camerarijs, Sebastiano Lypyensky et Joanne Czaporsky et alijs quam plurimis testibus fidedignis circa premissa ~~et~~ presentibus.

(Podpis własnoręczny) Paulus de Goluchow subscripsit m. p.

Casimirus Rex 1362

Zyg. August 1550, 9/XII Kraków

188

Confirmatio tercii privilegii pro eadem familia a Czarnkow

In nomine Domini amen ad rei memoriam sempiternam. Ne actus hominum qui sub tempore fiunt successu temporum labantur, sagax humana conditio eos instituit literarum testimonio perhennari Proinde Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex poloniae magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradie e.t. Significamus &c. Quia comparens personaliter coram nobis et Consiliariis nostris status utriusque nobiscum protunc existen Generosus Stanislaus Sandivogius a Czarnkow Aulicus noster fidelis dilectus suo et fratrum suorum germanorum videlicet Ioannis, Alberti et Sigismundi nominibus Magnifici olim Sandivogii a Czarnkow et Sulyno Castellani Przemeten filiorum exhibuit literas pergameneas infrascriptas, sub titulo et sigillo appenso

metr 79/255

Serenissime

Serenissimi olim Domini Casimiri Regis Poloniae Praedecessoris nostri desideratissimi divisionem bonorum infrascriptorum per olim generosum Sandivogium a Czarnkow Castellanum Naklen filiis suis factam in se continen sanas salvas non viciatas et omni prorsus suspicione caren. Supplicavitque nobis Spectatus Generosus Stanislaus Sandivogius aulicus noster, ut eas ipsas literas propter earum vetustatem innovare, authoritateque nostra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis

[1362] In nomine Domini Amen. Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae praesentibus recognoscimus publice protestando. Quod ad nostram et Baronum nostrorum personaliter accedens praesentia nobilis et famosus vir Dominus Sandivogius Castellanus Naklen Comes de Czarnkow Sanus et compos mente et corpore ac

ratione

ratione non compulsus nec alicuius metu
penę inductus aut dolo circumventus sed
sponte et ex certa scientia ac bona delibe-
ratione sui animi suorumqꝫ amicorum
omnium quorum consensus in et super
ꝑmissis fuerat requirendus diligenter
ꝑhabita attendens quod nihil morte
certius et incertius hora mortis
volens nihilominus ob hoc sibi et
filiis suis primogenitis de prima sua
uxore procreatis quantum ad divisionem
hereditatum suarum quae ipsis et ipsorum
quelzt pro rata sua tam ex paterna quam
materna successionis portione tangere
poterit aut alias qualitercunqꝫ de fu-
turis periculis praecavere quae ducente
tempore per proles procreandas ab uxore
sua moderna inter ipsos et alios ac ip-
sum possent aliqualiter suborire, talem
~~enim~~ ~~cum~~ cum eisdem filiis suis videlicet Joanni
et Vincentio fratribus uternis fecit et
ordinavit

ordinavit divisionem, assignans nihilominus
eisdem liberaliter absq aliquo onere debi-
torum contractorum vel contrahendorum
per ipsum subportand infrascriptas haere-
ditates et bona et primo Wiszini Jarda-
nowicze Koczewo et Nierzayna ab ista
parte fluvii vulgariter dicti Notesz
in Regno nostro situatas. Item ab alia
parte dicti nostri Regni videlicet in terra
seu Dominio Serenissimi Principis domini
Marchionis Brandeburgensis dedit et assi-
gnavit eisdem villam in vulgari Teuto-
nico Balster appellata in polonico vero
Bolowsziewie quae fuit bone memorie
matris ipsor et qua ##hibuit pro dote et
nomine dotis una cum quibusdam
aliis bonis et diversis possessionibus ab
eadem cum omnibus et singulis commo-
dis utilitatibus usufructu et domi-
nio alto et basso, supremo et infimo

una

una cum fructibus redditibus, provenien-
tibus iuribus, et obventionibus universis
ad easdem haereditates spectan et perti-
nen qualitercunque nihil juris vel propri-
etatis in eisdem haereditatibus ab ~~inde~~ inde in
antea sibi reservan perpetuis temporibus
tenen haben et libere possiden, necnon
venden donan alienan et commutan
ac pro suis voluntatibus et beneplacitis
converten et eis uti prout solus hactenus
eisdem usus fuit in omnibus ipsarum
proventibus recipiet, quorumcunque contra-
dictione non obstan post mortem
ipsius dedit legavit et assignavit
praedictis filiis suis nominibus quibus
supra uni et ambobus si de alio aliquid
humanitus contingant, quandam aliam
villam vulgariter dictam Msszianko quam
a praefata matre ipsorum in dotem habuit
sitam in eadem terra seu Dominio Domini
Marchionis

marchionis Brandeburgen praefati perpetuis temporibus. cum omnibus censibus commodis, et utilitatibus prout de aliis haereditatibus superius est expressum habendū et pacifice possidendū cum omnibus emolumen superpositis ac aliis etiam pertinentiis etiam si ipsum Dominum Sandivogium ab uxore sua moderna quam superduxit quamcunque prolem sive masculinam sive foemineam habere contigat maxime in portionem haereditatis ipsorum maternae item dedit et assignavit eisq filiis suis videlicet Joanni et Vincentio praedictis post mortem suam mediam civitatem wulgariter dictam Szloppa et medium districtum praedictae Civitati adiacentem, cum omnibus commodis et utilitatibus videlicet molendinis, aquis aquarumq decursibus vijs et in vijs piscinis et

piscaturis

piscaturis, pascuis, sylvis, nemoribus, rubetis virgultis et apicibus et aliis quibuscunqꝫ proprietatibus, quocunqꝫ nomine vocentur eadem prout Civitatis Sloppa in Villis et possessionibus suis ꝑdictis una superscriptis haereditatibus filiis suis per ipsum dominum Sandivogium in portionem haereditatum suarum assignatarum et legatarum in suis terminis limitibus seu granitiebus ab antiquo iacuerunt et adhuc iacent comprehensa se comprehense et distincte perpetuis temporibus tenen haben et possiden nec non venden, donan commutan et converten pro ipsorum beneplacito ut superius est expressum, quae quidem omnia et singula videlicet divisionem, donationem et ꝑdictorum bonorum assignationem rata et grata

haben

haben eas et ea pntibus approbamus ratificamus et confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum pntibus est appensum. Datum in Pobijedziiska in Vigilia Conversionis Sancti Pauli sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo. pntibus his testibus videlicet Vierzbiętha Castellano Posnamien et Capitaneo Poloniae Przeslao Palatino Calissien Vincentio Castellano Gnesnen Dobeslao Iudice Calissien Ianussio Castellano Brechovien et Floriano Cancellario Lancicien testibus ad pmissa. Nos itaq Sigismundus Augustus Rex praenominatus Suppliationi praefatae Generosi Stanislai Sandivogii a Czarnkow aulici nostri fidelis dilecti suo et

fratrum

fratrum suorum superius nominatorum nominibus apud nos fact benigne annuen uti iustae et rationabili, attendenq Insertas literas salvas neminiq vicis obnoxias eas de certa scientia et gratia nostra Regia innovan ac in omnibus et singulis earum punctis clausulis, articulis, et conditionibus, approban, ratifican et confirman duximus, prout authoritate nostra Regia, innovamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, decernen eas et omnia in eis contenta robur firmum et perpetuum habitur perpetue et in aevum, tenore prtium mediante. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum est prtibus appensum. Actum et datum Cracoviae feria tertia post

post festum Conceptionis Virginis Mariae
proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Quinquagesimo ~~secundo~~
Regni vero nostri Anno Vigesimo primo
Pntibus Rmo et Rndis.
Ci sami jak w pierwszym dokumencie wypi-
sanym na karcie 205

194

1551.

Petrus de Kyany Judex et Andreas Liaszotha de Lopinnyk subiudex Judices Terrestres Terre Lublinensis. Significamus tenore presencium, quibus expedit univer-sis presentibus et futuris, quomodo comparens personaliter coram judicio et actis terrestribus Lublinensibus Generosa Zophia Oszmolszka filia olim Generosi Nicolai Bisztram de Radlin consors vero Generosi Jacobi Oszmolszky de Oszmolicze trans-portans inscriptionem presentem ex actis Castrensibus ad acta terrestria Lublinensia presentia existens sana mente pariter et corpore, amicorumque suorum et ipsius mariti sui adiuta consilio ac sa..... predicti eius mariti expresso accedente consen-su specialiter ad latus eius stantis ad infrascripta consenciendo, palam, publice et per expressum recognovit, quia omne et integrum ius suum tam naturale quam eciam acquisitum vel quocumque modo ad eam spectans et pertinens super bonis videlicet Popkowicze, Szkorczicze et advocatia Urzandowienti ac alijs bonis mobilibus et immobilibus quocumque iure consistentibus, Generoso olim Paulo Bisztram fratris eius germanj super Generosum Nicolaum Rei de Naglowycze here-dem eiusdemque successores legitimos alias iuxta donationem (super eum a prefato olim Paulo Biszthram habitam donationem in toto confirmando, transfusit, omneque ius suum eidem dedit donavit perpetue ac in aevum incorporavit et resignavit......
.....sua personali recognitione de consensu prefati suj maritj transfundit, dat, do-nat, resignat et incorporat ac presenti et notatarum personarum sive recognitionis nihilum in prefatis bonis ex nunc ||| iuris domini et proprietatis sibi et suis successori-bus reservando sive excipiendo, relinquendo ac conservando, tantum per solum Generosum Nicolaum Rey eiusque successores legittimos verum veros ac legitimos successores et proprieta-rios bonorum superius nominatorum pronunciando ac perpetue et in aevum recognoscendo, et iam sibi ex nunc dedit et dat in eiusmodi bona realem intromissionem et paci-ficam possessionem per Ministerialem terrestrem quemcunque ad intromittendum eligendum duxerit, etiam sine quovis iuditij seu officij aditione, et hic idem stantes personaliter Nobiles Petrus Chothecz[k]y

Własność zgromadzenia Kupców Kaliskich.

9 195

R. 1552. [16. III. Piotrków.]

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, totius Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque etc. dominus et haeres. Significamus praesentibus literis, quorum interest universis exhibitas nobis esse per Famatos Proconsulem et Consules Civitatis nostrae Calisiensis literas Serenissimi Principis Domini Casimiri Poloniae Regis, Avi nostri desideratissimi, sigillo appenso communitas, prohibitionem per talenta et ulnas mercaturas exercendi Judeis mercatoribus et pannicidis extra Regnum commorantibus in se continentes, salvas, integras, omni prorsus suspicionis nota carentes, supplicatumque nobis fuisse, quo illas renovare, approbare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur et est talis: Kazimirus Dei gratia, Rex Poloniae Magnus dux Lithuaniae et haeres Russiae, Famatis, Providis, Circumspectis Proconsuli et consulibus civitatis nostrae Calisiensis, fidelibus, grate nobis dilectis. Famosi, circumspecti et Providi, fideles nostri dilecti, exposuerunt coram nostra Majestate circumspecti mercatores civitatis praedictae, quomodo Judei, mercatores et pannicidae extra Regnum demorantes in Regnum nostrum Poloniae ad nundinas et fora annalia venire consueverunt ibique in nundinis more nostrorum regnicolarum mensuratione ulnarum, tam pannos laneos, sericeos atque telas, talentorumque libratione mensurare et librare ac vendere consueverunt, in praeiudicium nostrorum mercatorum et pannicidarum. Quare vobis mandamus, omnino habere volentes, quatenus de cetero et per amplius hominibus extra Regnum nostrum demorantibus, et degentibus, Judeisque non ulnarum mensuratione neque talentorum libratione, sed solum ~~peciis~~ peciis staminum laneorum, sericorum, et telarum ac lapidum ponderatione vendere permittatis et vendi libere dimittatis,

aliter facere non ausuri pro gratia nostra. Quarum sigillum praesentibus est appensum testimonio literarum. Datum Siradie in Conventione generali die Sabbato, proximo post festum Sancti Egidii. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Relatio Reverendissimi in Christo Patris Domini Joannis, Episcopi Wladislaviensis. – Nos itaque supplicationibus eiusmodi benigne annuentes litteras praeinsertas renovandas easque in omnibus articulis conditionibusque approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, approbamusque, ratificamus, confirmamus, praesentibus decernentes eas et omnia in eis contenta robur debitae firmitatis obtinere debere. Et ut melius rationibus mercatorum praedictorum consulatur, volumus praesentibus litteris illis concedimus, quod neque ferramenta, falcesque singillatim vendere extraneis hominibus in civitate Calisiensi licebit, nisi tantum Calisiensibus et Regni nostri mercatoribus. Licebit autem extraneis eiusmodi falces tam maiores quam minores in sexagenis computatas vendere, ea tamen lege et conditione, quod solitum pretium mercatores Calisienses et alii Regni nostri earundem falcium non augeant, sed eodem pretio eas vendant, quo ab extraneis mercatoribus emi possent. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Piotrcoviae in Conventione Regni Generali, feria quarta post Dominicam Reminiscere. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, Regni vero nostri vigesimo tertio.

[1452, 2.IX.]

Joannes Przerembski
R. P. Vicecancellarius spt.

Relatio Venerabilis Joannis Przerembski, Praepositi Cracoviensis et Regni nostri Vicecancellarii.–

1552 [illegible]

Casimirus Rex. Malicki 9/XII

1343. -196-

Confirmatio alterius privilegii pro eadem familia a Czarnkow.

metr 79/253. In nomine Domini Amen ad rei memoriam sempiternam, facta hominum quaecunque memorabilia delet ac obruit oblivio nisi in literas referentur. Proinde Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae necnon Terrarum Cracoviae e.ct Significamus e.ct quia comparens personaliter coram Nobis et Consiliariis nostris status utriusque nobiscum protunc existen Generosus Stanislaus Sandivogius aulicus noster fidelis dilectus, suo et fratrum suorum germanorum nominibus, videlicet Joannis Alberti et Sigismundi Magnifici olim Sandivogii a Czarnkow et Sulino Castellani Przemethen, filiorum exhibuit literas in pelle pecorina scripta

sub

sub titulo et sigillo magno in chordula
sericea rubri coloris appenso Serenissimi
olim Domini Casimiri Magni Regis Poloniae pre-
decessoris nostri desijderatissimi, communitas
commutacionem bonorum Castri Czarnkow
et villarum adipsum pertinentium pro-
bonis infrascriptis, in se continen(tes)
sanas salvas, nulliq(ue) vicio obnoxias
Supplicavitq(ue) nobis ut eas propter
earum vetustatem innovare, authorita-
teq(ue) nostra Regia approbare ratificare
et confirmare dignaremur Quarum
quidem literarum tenor sequitur et
[1343.] est talis. In nomine Domini Amen
Cum omnes commutaciones seu donatio-
nes nullum robur firmitatis pos-
sent obtinere nisi solemni titulo
literarum et testula annotacione fu-
erint roboratae. Igitur noverit tam
p(rae)s(e)ns etiam que futura quod Nos
Casimirus

Casimirus Dei gratia Rex poloniae, necnon
terrarum Cracoviae Pomeraniaeq Dominus
et haeres Dominii vel Regni nostri in utili-
tatibus quibuslibet ampliare cupien serz
vitiaq fidelia et grata nobis, per fidelem
nostrum Sandivogium Comitem de Czarn-
kow multipliciter et constanter exhi-
bita et in futuro exhiben, consideran:
Volentes itaq meritis ejusdem Sandivogii
gratiis Regalibus respondere ut ex hoc
coeteri ad impendia virtutum provocen-
tur extunc castro nro Czarnkow dictum
cum omnibus suis pertinentiis videlicet
Civitate simili nomine Czarnkow
vocata et Cmethonibus qui kyssy
in vulgari nuncupantur, ac villis
videlicet Gzbicze Walkowycze cum
omnibus utilitatibus, usibus fructibus
redditibus, censibus ad easd pertinen-
tibus, prout in suis metis et termi-
nis

nis circumferencialiter sunt distinctae et toto jure ac dominio earundem nichil poenitus pro nobis et nostris successoribus reservan necnon cum lacubus Straduny Lobodzesz Ozarcz Badlin sic in vulgari nuncupatorum eid Sandivogio et ejus progenitis, pro haereditatibus suis videlicet Rogosno Studzieniecz et Gosczieyowo per modum commutacionis damus tradimus, conferimus et donamus in perpetuum, cum eo jure quod nunc idem Castrum a nobis suscipit tenend habend donand vendend commutand ac possidend pro sua suorumque posterorum voluntate convertend prout melius et utilius sibi vel eis videbitur expedire adjacen eid castro Theloneum dudum debitum, tam super terram quam super aquam, cum universis utilitatibus

tibus de iudicio Civitatis antedictae et villarum pdictarum provenien, quae omnia praedictus Sandivogius et sui haeredes legitimi tenebunt habebunt ac pacifice possidebunt, nullo sibi vel eis poenitus renuncianti praeterea absolvimus Cives civitatis praemissae et Cmethones pdictos Kyssyne necnon incolas villarum antedictarum ad castrum pdictum spectantium et aliarum villarum, eundem Sandivogium ex successione paterna contingentium videlicet Pomorzany, Koszewo, Grzybowo Słomowo et Młyncowo a iudicio Palatinorum Castellanorum et quorumlibet iudicum Regni nostri et specialiter a Castellania Czarnkowien si ipsam procedente tempore alieni conferre nos contigerit et poenitus liberamus. Ita quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis capitalibus, criminalibus, membrorum mutilationibus et universaliter, magnis et parvis, non debeat respondere nisi Cives coram Advocato, per praedictum Sandivogium vel ejus successores deputato et Cmethones coram suo domino vel etiam dum ius ibi

alieni

alieni esset denegatum coram Nobis aut iudice nostro dum per literam nostro sigillo munitam evocati fuerint tunc de se querulantibus respondebunt militibus in Castellania ꝑdicta Czarnkovien existen duntaxat exeptis, quos ab eadem Castellania non eximimus vel liberamus nisi qui per privilegia et literas paten forent soluti et exempti Coeterum de nostra gratia speciali absolvimus Cmethones villarum ꝑmissarum ad castrum ꝑdictum pertinen et aliarum ꝑdictum Sandivogium et successione paterna ut profertur contigentiu, a bove vacca, ove porco, et conductu militali qui in vulgari przewod nuncupatur quae omnia communiter vel divisim nulli ministrare tenebuntur ut autem huius modi nostra commutacio et donatio stabilis et firma perseveret ꝑntes Sandivogio et suis legitimis successoribus dari fecimus, nostri sigilli munimine roboratas in testimonium

monium p(rese)ntes praemissorum pariter et futurorum. Actum Posnaniae in octava Sanctae Trinitatis, Anno Domini 1343. Praesentibus his Nobilibus nostris Jaroslao Posnanien(si) Nicolao Calissien(si) Palatinis, Andrea Castellano, Nicolao Judice Posnanien(si) Dobeslao Judice Calissien(si) et aliis multis fide dignis. Datum per manus Domini Cancellarii Legniewy Poloniae Nos igitur Sigismundus Augustus Rex Praenominatus petitionibus praefati generosi Stanislai Sandivogii a Czarnkow uti iustis annuen(tes) consyderan(tes)q(ue) literas p(rae)insertas esse sanas salvas, nulliq(ue) suspicioni obnoxias eas innovan(dum) authoritateq(ue) nostra Regia approban(dum) ratifican(dum), et confirman(dum) duximus. Prout innovamus approbamus ratificamus et confirmamus, decernen(tes) eas in omnibus punctis, clausulis, articulis et condicionibus robur firmum et perpetuum habitur(as) perpetuo et in aevum tenore p(rae)sentium mediante

ante. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Actum et Datum Cracoviae ~~die~~ feria tertia post festum Conceptionis gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno D. 1552 Regni vero nostri anno 22. praesentibus Rmo ac Reverendis in Chro patribus dominis

Praesentes ci sami jak w dokumencie pierwszym wypisanym na karcie 205.

[1558, 23. XII, Piotrcoviae.



# Testimonium de nobilitate Stanislai Grąnczki de Grunczycze.

